



Ja. 141.

Melil

THAPPUAH
JERUSCHALMI
SEU
MOMORDICÆ
DESCRIPTIO

MEDICO - CHIRURGICO-
PHARMACEUTICA,

vel

Ejus Præparatio & usus in plerisque
corporis humani incommodis.

*Huic accessit Schediasma Posthu-
mum de Scordio vero*

JO. JACOBI KLEINKNECHTI, M. D.

Per

JOANNEM FRANCCUM,

Crato de Krafftheim Conf. Med. lib. 2.

Conf. 29. p. m. 219.

*Medicina experta cum ratione exhibita plus valet iis, qua
interdum subito à Doctissimo etiam Medico magna ra-
tione adhibita excogitantur; atque hac in parte ra-
tionales etiam Medici empiricis cedere debent ex sen-
tentia Hippocratis.*

ULMÆ,
Apud DANIELEM BARTHOLOMÆI,
ANNO M DCC XX.

LECTORI PHILIATRO S.

Proposui hac vice etiam *appendicem* ad *Hydriatriam meam Ullmanam* aere exprimere, an autem *Lectori* emolumentum faciat, dubito: cogitanti hæc occurrunt *duo*: I. Sapientissimi Regis *Proverbium*, cap. 20. v. 3. *Gloria viro est, abstinere à lite: sed omnis stultus immiscet se.* II. *dictum Clarissimi Erb. Weigeliæ Præceptoris olim fidelissimi in Colleg. MSS. Pythag. pruriens Antagonista non capit meam sententiam & vult ista inconcinna absurditate, ut eum informem: verum nobile ego perderem tempus & actum esset de minervali.*

Knöfelius.

Hoc cum bonis Regibus boni Medici habent commune, benefacere & mala audire.



Est dann in Gilead kein Salb noch
 Arzt zu finden?
 Klagt Israelis Arzt: Schwindt
 alle Hoffnung hin?
 Im edlen Balsam-Land / wo auß zer-
 rigten Kinden
 Fließt Therebinth und Saft der stärcksten
 Medicin,
 Man deute solches nicht auf Leibes-Schmerz und
 Wunden /
 Sein Salem leidet Noth / Ihr drohet Untergang.
 Er hat zwar Rath genug und Mittel aufgefunden /
 Doch die Verschmähung macht der Würckungs
 Hoffnung bang.
 So mag man ohne Scheu von dieser Arbeit sagen /
 Es fehlt darinnen nicht an hoherfahrnem Rath.
 Will man auf dessen Grund die schwersten Curen
 wagen /
 So ist Momordica und Scordium probat.
 Der lang berühmte Frank will noch bey grauen
 Haaren
 Die Kunst erfahrne Stück verwahren für dem
 Grab /
 Diß ist die Canans-Frucht von seines Gleiffes
 Jahren /
 Die seine Praxis Ihm und uns bewähret gab.
 (*) Schlägt

Schlägt man die Mittel auß / so kan man nicht
 curieren /
 Drum brauche diese Schrift Machaons edle
 Schaar /
 Du wirst von diesem Mann vortreflich proficieren /
 Und meinem schlechten Kiel bald Glauben rei-
 chen dar.
 Dich aber / theurer Mann / woll Zions Arzht bes-
 stärken /
 Daß Deine treue Kunst im Alter junge sey !
 So wird Dein Ruhm erhöht mit täglich - neuen
 Wercken /
 So schreibt und bleibt so lang ohn alle Heus-
 cheley.

Dieses seht zu Bezeugung seiner Affection,
 dem Herrn AUCTORI zu schuldigen
 Ehren

M. JOH. PETR. Miller /
 Prediger im Münster
 und Elccemosynar.

I.
WEt dann kein Salb in Gilead / *
 Kein Arzt vorhanden ? weil der Schad
 Des francken Volckes Fleisch durch
 frisset.

So ruffet dorten der Prophet /
 Dem die Gefahr zu Herzen geht /
 Zumahl er Rath und That vermisset.

2.

* Jer. IIX, 22.

Ein Balsam ist's / nach dem er gülfft /
 Der / wann kein Kraut noch Pflaster hilfft / **
 Curiet die desperate Wunden ;
 Des Höchsten Rettung / Heil und Wort /
 Gleich wie man sonst an diesem Ort
 Besond're Salben hat gefunden.

3.

** Sap. XVI. 12.

Ob Gottes Straff- und Enser-Hand
 Dem edlen und gelobten Land /
 Wie sonst so viel berühmte Früchte /
 Auch dieses theuren Oeles Gab /
 Nummehro gangz entzogen hab ?
 Darüber mögen andre richten.

4.

Gott Lob ! wir haben Salben ja /
 Und sind auch Arzt und Heyland da /
 Es leide gleich Leib oder Seele /
 Wär nur der Patienten Sinn
 Geneigt zur rechten Officin,
 Und lieffe nicht nach fremdem Oele.

5.

Hier ist ein Arzt von grossen Ruhm /
 Der fast ein halbes Seculum

(*) 2

Die

Die Praxin glücklich hat getrieben /
Den nicht nur Ulm in Ehren hält /
Besondern die gelährte Welt
Erkennt mit Danck / was Er geschrieben.

6.

Sein neu = erpfehter Apffel = Safft /
Zeigt jener Salbe Werth und Krafft /
Und ist des Franken = Lobs Erhalter /
Der HERR verleihe Ihm am Gerücht
An des Gemüths = und Leibes = Liecht
Ein neu = erjüngtes Adlers Alter.

Deprop. Ulmz è Muf. a. d. 17. Mart.

Anno 1720.

Ihro Excellenz, dem hochehrwürdigen Herrn Doctori
Medico, seinem hochgeneigten Gönner/
schriebs auß schuldiger Ehr = und Danck =
Verbundenheit

CHRISTOPHORUS Rinck /
Pfarrer zur H. Drey = Einigkeit
in Ulm.



PRÆ-



PRÆLOQUIUM.

Periant mihi, incidit in manus Momordica nostra, quam multis abhinc annis subcisivis horis ex Ephemeridibus conscripsissem, placuit hinc hisce diebus canicularibus eam relegere, omniaque fideliter explorare, explorata consignare, consignata sedulo conferre & ad genuina referre principia. Perfectionem nemo exposcet, restat semper quid corrigendum.

) 2

Sim-

PRÆLOQUIUM.

Simplex *planta* est, spinosus fructus, quem si simpliciter consideras, vitæ tuæ *symbolum* præbet: ab ortu adminicula avide expetit, levique confringitur tactu & tuus splendor. Homo! *unius horæ momento in ludibrium vertitur.*

Ubi internam hujus plantæ acri perpenderis iudicio formam, reperies hanc *vires* & efficaciam *Opobalsami*, cujus mentio aliquoties in *limpidissimis Bibliorum veteris & Evangeliorum novi fœderis* excellenter mentio fit, possidere.

Isthinc,

PRÆLOQUIUM.

Isthinc, *Lector Pie*, pro interno tam, quam externo usu efficacissimum auxilium pete & ad inoffensam valetudinem producendam planta hac cum pomo mirabili delectare.

μηδὲ μίμει, μηδὲ μώμει.



F. J. B. K.

X 3

De



De præstantia Herbæ Momordicæ,
seu
Pomi Hierosolymitani.

Calculus, asthma, Febris, tussisque, & phthisis,
& hydrops,

Et mala nos, numerô quæ caruère, premunt.
Provida sed rursum Natura tot attulit herbas,

Quæ recreant succô languida membra suò.

Ast inter cunctas præstat Momordica plantas,

Cui soli laudes lingua diserta canat.

Si tibi sit morbus nulla medicabilis arte,

Atque vetus medicâ plùs valet arte, malum :

Restituet certam Momordica sumpta salutem,

Hoc mala (dante DEO) tollere cuncta valet.

Ambigis ? en præsens doctè dabit ista libellus,

A tanto speret quis nisi docta Viro ?

Est opus excellens, partus perfectus in omni,

Ne mirère tamen : talis & Au&tor erat.

F. J. B. K.

Συυ

Malum Hierosolymitanum.



Malum Hierosolymitanum.





Σὺν τῷ Ἀρχιάτρῳ τρισαγίῳ.

CAPUT I.

Ea, quæ circa nomina occurrunt, evolvit.

§. 1.

Nominum gnarus, gnarus rerum, ait magnum illud Salanae olim Ornamentum *Guerner. Rolefincius Meth. Med. Special. lib. 2. cap. 1. p. 12.* hinc ut subinde receptam observem Methodum, quo melior sequatur tractatio, *Nominis* contemplationem pensculatius perpendam.

§. 2. Communiter a Medicis & Pharmacopœis hodie barbara & decurtata voce *Momordica* salutatur, fortean a latino *morsu* vel italico *mortitura* mutuo sumserunt, quod *pungere* notat & *mordere*, ob spinas fructum cingentes, vel ut omnibus notum, cur malo ocyus profit, viz. morfibus animalium, ut

A

suo

fuo loco dicitur. Sæpiſſime enim hoc fit, ut maxima pars rerum in defectu proprii nominis vel a ſimilitudine vel contrario appellationem, ut heic *noſtra* accidit *plantæ* ſortiatuſ.

§. 3. Origo autem vacillationis inde nata, quod *Grætia* hanc, nec ſecundum plantam, nec ſecundum nomen quidem innouerit, puto autem, inquit, *Tubingæ olim decus L. Fuchſius Hiſt. Plantarum* p. m. 188. veteribus plane fuiſſe eam incognitam, quod de ea ne verbum quidem apud eosdem ſcriptum inueniatur, niſi ſit *cucurbita ſiueſtris*. *Plin. Nat. Hiſt. lib. 20. c. 3. σόμφος, inanis* græce dicta, *fungoſa velut ſpongia*, ſed qua ratione, non video.

§. 4. *Clariffime eruditionis viro Com. Gesnero* peregrina eſt planta & nuper cognita, aſt unde primum allata ſit, neſcit ille, neque *Valer. Cordus* alias *ſagaciſſimus vir*.

§. 5. Ab *Anazarbeo, Plinio & conſequentibus ejus* non ſit mentio, nullamque diſtinctam cognitionem habuere, etiam in vetuſtatis monumentis poſt hos nihil de hac planta annotata eſt, excepto *Pandectario*, qui circa annum *Chriſti* milleſimum trigefimum ſextum de *Balsamina* ſcripſit. Tempore *C. Bauhini* duo tantum novi Botanices ſcriptores

res fuere , qui *momordicæ* nomen meminere-
runt.

§. 6. Superioris seculi initio , ceu *vir fide dignissimus D. Aug. Tommerus* docet , ministerio R. P. *Carthusianorum* fama de hac planta percrebuit , ex quo angulo terræ non pronunciavit. Obscura sæpe magnarum rerum sunt exordia , densoque caliginis velo occultantur ipsa incrementa. Hinc mirandum , neminem extraneorum de hac nova planta scripsisse , non quod natura novam creaverit , sed quod a novi orbis incolis nobis fuerit detecta & communicata ; varietas est non nova species.

§. 7. Communiter ita nominatur a *Baptista Sardo* , quia ietus apum & vesparum fanat. *Gallice* pomme de merveille à mirando effectu fanandi , vel quod vel pulchritudine sua vel insolita novitate conspicientes in admirationem sui trahat , si inopinato in manu diffiliat. Vulgari quoque Etymo *balsamina rotundi folia repens à Cass. Baubine* in *Pinnace* p. 306. & a *Val. Cordo Histor.* p. 88. 2. *cucumis puniceus* dicitur.

§. 8. Ab eo tempore etiam *viticella* , *Charantia* & à Medicis ex Italia reducibus *Garanti* , quoniam septi modo in hortis , fenestrisque per cancellos opere topiario facile

digeratur ; nominant etiam *pomo di Gerusalemme*, ut habet *Ruellius de natura Stirp.* p. 44. lin. 43. Testatur etiam *Auctor Horti Malabar.* Tom. 8. 17. quod in eadem Provincia Malab. hæc planta reperiatur nominata *Balia-Mucca Piri*. Fama ejus per totam *Angliam* etiam percrebuit nom. *apple of Hierusalem*. *Balsaminam Ligures Padani* vocant. *Hierosolymitanum pomum Hetruria* nominat. Apud *Germanos Balsam & Apffel* nomen meruit, non sine catalogo multarum suarum laudum ab evidentibus experimentis peritarum. Certum est & pomum hoc æstivum inter omnia poma elegantissimum & speciosissimum reputatur ab *Hebreis*, cumque pluri faciunt, quamvis multa incerta & fabulosa apud eos reperiuntur, idque nominant *Thappuah Jeruschalmi*. In *Arabum* scriptis nihil extat, pauca enim ex se habent & plerumque ex male intellectis *Græcorum* Scriptis sua non adeo feliciter *Medici Arabes* concinnarunt.

§. 9. Post *Συνουμία* etiam *Ὀμωνυμία* vocabuli est eruenda. Nomen *Balsamine* vel *Balsamina* quæ & *Balsaminum* dicitur, est ἐν τῶν πολλῶν λεγομένων, multæ res hoc insigniri gestiunt nomine, non tamen pars fortis gradu dignitatem hunc merentur.

1. Balsa-

I. Balsaminam *mentham saracenicam* dici apud Dodonæum videre est, quæ & ageratum latifolium vocatur. 2. Balsamine denotat Σισύμβριον Dioscoridis, quæ etiam *mentha aquatica* dicitur folio rubro & flore nigræ menthæ, qua de *Lobelius*. 3. Balsamina etiam vocatur *geranii* quoddam genus folii malvæ magnitudine. 4. Balsamina significat *mentham hortensem* verticillato ocymi odore, vel cruciata *Lobelii*. 5. Invenitur quædam *Esule silvestris species* apud *Tragum*, cui Balsaminæ nomen est. 6. Balsamina etiam est inter Agerata, *Eupatorium Mesue* dicta à *Trago*. 7. Balsamum *Alpinum Gesneri*, quod etiam *Ledum Alpinum Baubini*, nescio, quis huc traxerit.

§. 10. Sed primario meretur hanc appellationem *Mamordica balsamina*, ut scribit *Heinricus Hefus in deliciis hortensibus*, viz. Hortorum ornamentum, admiratio spectantium, de qua planta in præsentia agendum tanquam *Opobalsamo*, fante Excell. DD. *Wedelio Seniore* (servet hunc diu DEUS publico commodo) in prælectionibus botanicis sub nomine *Balsaminæ amygdal.* Alia non addo de *Nomine*, sed progredior ad

CAPUT II.

Quod differentias indagat.

§. I.

Momordicarum *C. Baubinus* multas species numerat, de quibus legi potest in *Pinace. Val. Cordus* autem recordatur duas sub discrimine sexus facto, viz. *maris & femine*; cum vero *fœmina* sic dicta *Mari* in caule, foliis, floribus, fructu, semine & primo loco dicenda *virtute medica*, qua de vix experientia extat, dissimilis sit, præstabilius erit *divortium* & sine pari, solis ad exemplum unicuique terrarum incolæ pro talento à *Creatore* accepto inserviat, *Momordica vulgaris Tournef. & Cucumis puniceus Morison.* à Practico olim *Ulmensi* Celeberrimo & felicissimo *D. Ant. Boxbartero*, crasso deliniatur penicillo, quod sit *planta exotica*, *scandens*, *floribus & fructu pervenustis* prædita. Jam ad se nos vocat

CAPUT III.

Quod locum natalem tradit.

§. I.

Genus est *Planta* & quidem *exotica*. Patriam si nosse cupis? præcedentes Autores

res & *L. Fuchs* ignorant. ex *Palestina* per *Tripolim* & *Insulam Maltbam* primum adlatam *Venetias* scribit modo nominatus *D. Boxb.* hinc nomen *malum Hierosolymitanum*, asseveranter non dicit. An genuina Patria *India* & qualis? cum etiam *Indica Cucumerina* vocetur, nihil certi statuere possumus.

§. 2. Contenti igitur speciali loco, viz. quod per sæpe in *Hortis magnatum* & *Religiosorum* reperiri soleat vid. *Leon. Fuchs. Histor. Plant. p. edit. in 8. 66.*

Passim apud nos colitur circa *Urbem Noribergam*, ait *Joach. Camerarius Hort. Med. p. 26.* imprimis in *Austria*.

Excell. vir *D. Theod. Schenk* in Colleg. MSS. dicit: *Balsamine mas* in regionibus nostris non feliciter maturescit & quamvis pepones ejus fuerint maturi, semen tamen, quod ex pomis protruditur, vix fecundum est. Fortassis hoc ex *Gesnero* adduxit, qui de *momordica mare*, inquit, quod difficulter proveniat & paulo post: *Balsamine utraque Basileæ* in Horto *Cælii Curionis* pereleganti & bene instructo nascebatur.

§. 3. Ipse in Horto domestico *D. G. Rolefincii*, Anno 1672. speciosissimam plantam *marem* eleganter florentem primum vidi. Et nostro seculo constat *Momordicam Noribergæ*

ribergæ & in Hortis vicinis, imo *Vindelicorum locis*, etiam apud nos, inquit *Jo. Camerarius* notam esse plantam etiam florentem & à transeuntibus sæpius observatam. *Ἐἰς ψυχρῶν γῶνιαν Dn. Jo. David Wickius* cultura hujus, plantæ mirifice delectavit in Horto suo intra *Blavum*. Item *Dn. Conradus Khonius Mercator Ulm.* eandem plantam tanta educavit sollicitudine in horto suo pensili, ast expectationi non satisfecit, credo locum fuisse inidoneum.

§. 4. In Hortis RR. PP. *Carthusiæ Aule Mariæ*, quæ est *Buxheim* multæ plantæ in eleganti ordine se præbent hospitibus spectandæ. Infictilibus, situlis & qualis cancellis munitis apud *Rev. P. Günzp. & Lavingæ* diligenti manu educatæ hæ plantæ circumplicando se illis, sed omnia vicina brachiis suis apprehendunt, iisque se diversimode, innectunt & implicant ad miraculum usque; hinc de hac planta pulcre, Poeta Danus:

*Frondebis & gaudet vicinis surgit ad alnum
flexibus* - - -

Hanc, inquit *C. Gesnerus*, nuper *Basileæ & Argentinæ Julii* initio pulchre florentem vidi, & paulo post: hoc anno viz. 1565. mihi etiam copiose nascitur succi plena & facillime provenit.

§. 5. *Balsamina fœmina* flore ex albo & purpureo variegato in *Horto Bofano Lipsie* cum omnium spectantium admiratione & forte *prima* se videndum præbuit in *Germania*. Sed properandum est ad

CAPUT IV.

Quod plantationem contem- platur.

§. I.

Istiusmodi plantæ peregrinæ ut plurimum annuæ & æstivales, gaudent terra pingui & fimosa viz. fimo equino, bubulo vel ovino vid. *M. Schwimmer* / in *Deliciis Hortorum* p. 83. amant loca soli exposita, wo sich die Sonnen-Strahlen verdoppeln können / irrigationem meridianam lotura carniùm vel gallinarum tepida desiderant, sonst erstarret dieses Sonnen-artige Gewächs / sagt mein sehr werthester *Academische Freund* / *Herr M. Schwimmer*: frigus enim hæc planta non patitur hiemis injuriam vid. *D. Valent. Museum Mus.* p. 352. quærit adminicula & roboraria, hinc *D. Rolef.* hæc plantis *animam sensitivam & motivam & Operationes animæ* attribuit. lib. de *Veget. Plant.* p. 87.7. ex libera terra non ita scandit, sed lon-

ge lateque re nec flores nec fructum producit.

Natura sua caduca est, claviculis ceu manibus quærunt, quo fulciantur; arrepta enim arctissime amplectuntur & sursum scandunt.

§. 2. Et hæc est natura hujus *Momordicæ* nil plane cum *fœmina* commune habentis, hinc se ipsam vindicat in libertatem, *capsulata* enim est, non *scandens*, *capsulis* communiter *pentagonis* per maturitatem in totidem partes sese contorquentes diffilientibus; feminibus subrotundis; floribus *monopetalis* difformibus, anterius rictum, posterius calcar habentibus, caulibus erectis, foliis integris, in margine crenatis, vel alternis vel conjugatis. Jam *momordicæ* figura est consideranda.

CAPUT V.

Quod de *Momordicæ* figura agit.

§. 1.

INDICATIS *loco patrio* & *differentiis* presso pede ad plantæ nostræ, partiumque descriptionem progredior, ut *Lector benignus* sciat, qualis scopus sit meus. Certum est magnitudine spectabilis, sed infirma & fragilis planta,

ta, hinc fulcra subinde quærit & vicinis se implicat, ut diximus, pergulis, imo proximas arbores suo reptata & tabernacula, attegias, magalia, ipsaque frutela conscendit & circumvestit, hinc jure *scansilis* planta est & proprium sibi arrogat genus, ceterisque *balsamina* nomen habentibus multis anteit parafangis, si virtus consideratur.

§. 2. *Caulem Hieronymus Tragus Hist. Stirp.* c. 130. p. edit. Lat. 898. Bryoniæ respondentem virentem, sed magis tenuem & tenerum describit.

Juxta folia plurimis *viticulis cubitales, filamentis, capreolis, flagellis & claviculis* donata triaris, quibus quasi *manibus* sese cum cremiis & vicinis pergulis cancellatim vincit & implicat, ut in sublime assurgere possit, nec ab impetuoso aëre & vento abripiatur.

§. 3. Pergo ad *folia ipsa*, quæ faciem *vitis vimifera* vel *albæ* exhibent, verum minor, lata, glabra, hilarique vigore nitentia, mollia, concinnius in 5. partes divisa profundas & angulosas, longioribus pediculis ad unciam fere appensa ex alaram sinu prodeunt, odorem exhalantia foetidum, sapore amara & illæ 5. partes ambitu circumrosæ.

§. 4. Quod ad *flores* attinet, inodori sunt perfecti *monopetali*, quinquefariam profun-

profundius cum ex staminibus incisi, ex albidō in luteum languescēte colore, (Sfabello Farb /) præditi, singuli singulis fructibus insidentes, florum *cucumeris silvestris* vel *asini* similes, multi ex iis steriles apparent, quod plantis cucumeraceis admodum familiare, fructiferi vero prævium habent fructus rudimentum, cujus apici flos marcescens insidet.

§. 5. Hisce succedit *fructus*, in medio rotunditatem quandam observat & utriusque acuminatus vel mucronatus, ovi fere formæ præditus nodulis asperis, aut aculeis innocentibus, coloris in cortice primum viridis, maturo colore variat, modo puniceo, modo croceo & fere rubro, ut *Cæsalphinus* loquitur.

Cardanus halicacabo rubro quasi perfimilem esse scribit libr. Subtil. p. m. 251. visu jucundum in hac planta est, quod semine turgidus plane omnis tractionis ac verberationis impatiens sit, adeo ut vellicatus miraculo quodam naturæ dehiscat, etiam per se maturus, vel levi digiti contactu & ignotus rei perturbetur; tunc ostendunt sese semina: de quibus mox plura. Et hoc peculiare aliæ plantæ habent, v. g. *cucumis asininus*, si enim pediculus à fructu maturo avellatur, semina cum impetu profiliunt. Sic *persicaria siliquosa* & *minianthes* maturæ semen evibrant.

Non

Non multum abluunt cucurbita *Somphos*
Æschinomene Plin. & *Pseudoapocynon* anno-
 tante Jo. Jonst. Not. veget. p. 135. quamvis
 autem in hoc convenient, tamen in ceteris
 plurimum differunt. Occasione hujus po-
 mi, recordor *Mali* apud nos dicti, *Wettich!*
 mihi anno 1703. mense Octobr. in ædibus
 Rever. D. M. Jo. Fournier Parochi in *Traken-*
stein post mensam appositi, quod dissectum
 in duas partes, in se continebat aliud pomum
corticis asperi, magnitudinis *persicæ nucis*,
 quod de pictum adhuc servo.

§. 6. Ad *semen* procedimus, pomo
 contracto *semen* patet pretiosissimis quibus-
 dam *smaragdis* simile, *ricino* animali vel an-
 gurix, ut Carolus Stephanus dicit. Magni-
 tudine, forma & dispositione variat. Est de-
 pressum, latum, asperum, lituris quibusdam
 inscriptis, notante *Casalpino*, minus contex-
 tum cute crassa, pingui lubrica & perquam
 rubente, includuntur, prout *poma majora vel*
minora 4. 6. etiam 8. & 9, primum apparent
 lucida, postea vero ex cano nigricant. De
 hoc *semine* multa monita invenies apud *Con-*
radum Gesnerum Tract. de Hort. Germ. p. 243.
 & D. König. in *Georg. Curios. Helvet.* p. 635.
 Jam in multorum Hortis ex *semine* etiam ve-
 rustiore proveniunt.

§. 7.

§. 7. *Semen* hoc initio veris terræ concreditur, peractis quatuor vel quinque septimanis, planta *spithamæ alta* transplantatur in fictilia, circa finem Junii flores promit, ut habet *D. Kyperus Lex. rei herbariæ. pag. 538.* circa med. Septembr. demum viridaria pulcherrima fructu exornat. Jam ad se nos vocat *Pictor.*

CAPUT VI.

Quod hanc vivis coloribus
depingit.

§. I.

Sequor *Methodum Excell. Doctoris Christophori Lauberi Consiliarii Augustani & in Botanici admirandæ eruditionis viri* $\nu\upsilon\upsilon \epsilon\upsilon \alpha\gamma\iota\omicron\iota\varsigma$, & in medium præfero *Momordicam* nostram, quæ præ aliis ab ingeniosissima & dexterrima artificum manu elaborata & ad vivum æri in sculpta sunt.

Hanc Plantam *Illustr. Dn. Wolffg. Helmhardtus L. B. a Hobberg. in Illustr. Societate Fructif. cognominatus der Sinnreiche* / summa diligentia ad vivum quantum artificis manu per monochromata fieri potuit æri incisam & cum *suis foliis, floribus, flagellis & fructu ad naturæ invidiam Anthophili spectatoris oculis expositam*

positam in suo *JESSÆO PLECTRO* solertissimis germanico idiomate versibus & Emblematis expressam edidit.

Nihil remissum ab ulla parte curæ ac laboris in *Opere splendido à Beslero typis descripto*, pag. 320. ibidem etiam pari studio *Balsaminam feminam* depictam amator artis pictoriæ inveniet.

Clara & maxima habetur *figura*, quæ reperitur in *Commentario Dioscoridiano Excell. Matthioli* edit. Venet. anno 1565. ex officina *Valgrisiæ*, ex qua oculus incredibilem quandam ac mirificam alacritatem sentit.

Oculos etiam pascit *balsamina cucumerina indica* in *Horto medico Amstelradamensi Cuminiano* egregie depicta & indefesso labore subtilissime ari insculpta. c. 53. p. 103.

Nec minus animum reficit *momordica vulgaris* à *B. Fuchso* subtili penicillo expicta, ut posteris sufficiens pateat *infestigandi de eadem planta occasio*, quam ego pro tenui mea infirmaque parte imitatus sum.

Sic quoque acurato stili expressa fuit in *Magnifico opere*, quod *Excell. D. Rivinus* edidit in *Ord. plantarum*, quæ sunt *floræ irregulæ tetraped. circa finem*.

§. 2. Monendus etiam hoc loco brevibus *Philobotanus & artis pictoriæ studiosus*, ut

in depingendis plantis proportionatam delineationem observet, non enim sufficit

Coloribus

- - - *insulse spargere plantas,*
more chartarum coloratorum, sed cum infinitus plantarum numerus a Deo procreatarum sit, ut vix reperiatur species plantæ, quæ alteri ex toto similis, hinc opus est *ut vir ingentibus in botanicam rem meritis conspicuus Barth. Maranta* in accurato suo opere botanico p. 147. suadet: *ut prius alicujus plantæ notas características optime consideret, observet & deinde exprimat, quin &, ut idem Autor vult, res exigit, ut omnes plantæ etates depingantur, nam, dicit, p. 8. 22. planta est res varia & multiplex.*

Et acutissimus Bohemus Zaluz. de Zaluz. meth. herbar. lib. I. c. 12. p. m. 25. consulto & cogitate scribit: *si cui in animo est plantarum peritiam assequi, eum oportere prima generatione solo emergentes, adultos & senescentes contemplari, nam si pullulanti herbæ duntaxat adstiterit, adultam cognosci non posse, neque si adultam tantum inspexerit, nuper erumpentem nosciturum.*

§. 3. Hanc nobilem plantam *Amicus*, quo jam diu intime utor, depinxit in sequentibus versibus:

Dudum

Dudum nostra tenella momordica planta latebat,

*Folia fert vitis, summis scanditque flagellis,
Tempore dat, flores flaventes, malaque portat,
Vulnera jam medicat, seruum quoque cuspi-
tis ictum*

*Pulmonum citius proserpit ad intima, tetrum
Ac herbae sumtus pulvis mulcebitur ulcus.*

Autor oblitus est in hisce versibus *radicis tenuis & fibrosæ*, quæ vero vix consideratione digna est. Verum de hac latius heic dicere verat instituti nostri ratio, nec extra oleam videamur vagari. Recta igitur pergimus ad qualitates.

CAPUT VII.

Quod Momordicæ qualitates pertractat.

§. I.

Momordicæ maris facultates (ea enim de specie potissimum nobis in hacce *Opella* sermo erit) quod attinet, *Autores* non conveniunt. Idem quod *Telephium* temperamentum, potissimum alteram, obtinere arbitror: quare in secundo ordine intenso, aut certe principio tertii exiccare, nec insigniter calefacere, primo nimirum ordine, est verisimile.

B

rifimile.

riformile. inquit *L. Fuchsius*, pag. 67. Edit. Paris.

§. 2. Duæ substantiæ in *nostra Planta* observantur, inquit *Jo. Pfautius felix Ulmen- sis Practicus*, exiccans & refrigerans, partes frigidaë adstringunt & repellunt exicarum partium respectu aperiunt & incidunt. Præcipua facultas est *vulnera sanare*, altera *virtus est dolorem mitigare*, secundum experientiam *primi Autoris*, etiam exterius herba siccata & in farinam trita vulnera glutinat & ulcera ad cicatricem perducit inquit *D. Ant. Boxbart.* & paulo post dicit: *est medicamentum sinus glutinans, qui vix ad cicatricem duci potest, imprimis intestinorum & pudendorum, hinc virium magnarum esse medicamentum dico, cui par in omni sanantium censu difficile sit.*

§. 3. Alii meliorem plantæ hujus partem esse *fructum*, alii *foliis* etiam magnam virtutem internam adscribunt, alii *semini* majorem facultatem in esse statuunt; ast revera major vis curandi residet in *fructu* & interiora magis penetrat, quamvis *foliis* non omnis virtus detrahenda, *radici* verum, quæ vires & *foliis* & *fructibus* communicavit minima restabit, de *semine* supra actum est.

§. 4. Excell. *D. D. Wedelius Senior* in lect. botanicis *MStis*: *calidam* in primo & fere

fere temperatam , *siccam* in secundo ordine locat.

Jonstonus manifeste *calidam* esse ex gustus exploratione statuit. *not. Regn. Vegetab.* p. 135. Siccare & mediocriter refrigerare dicit *C. Schwenkfeldius* , hinc vulnerariam nominat, quod etiam affirmat *D. Valentini in Museo Mus.* p. 35 r. his verbis : weil dieser Saamen voll Schrunden, die Frucht aber voller Spitzen und Dörnern / so zeigt die Natur gleich durch die Signatur an / daß ein heilsam balsamische Krafft darinnen verborgen seye / hinc *Momordicæ* & *Balsaminæ* nomen. Alii cum *Joh. Schrödero* eam refrigerare , parumque siccare censent. Et ita omnes conveniunt Auctores de egregia virtute balsamica consolatandi & mitigandi dolores. Vel ut magis Craseos nudem nucleum dico : *Plantam hanc gaudere de alcatino balsamico & esse temperiei mediæ esse proximam.* De *Balsaminæ* fæminæ viribus nihil asserendum; plerique prioris symbola gerere, affirmare audent, sed temere, cum hujus experimentum a quopiam factum non constet , hinc ancilla maneat & contenta sit veste lanea , e diverso *Momordica* nostra auream meretur stolam & est Hortorum gloria & ornamentum. Et tantum de Qualitatibus.

B 2

CAPUT

CAPUT VIII.

Ἐυπρόσιτα inde parabilia exponit.

§. 1.

Momordica in hominum salutem multas derivat utilitates, non in officinis *Pharmaceuticis* tam, quam *Chirurgicis* mortalium usui infervit.

Non larga indiget præparatione, potestque dari vel *pulvis* ex foliis vel $\circ\circ$ um ex pommo, rarerem semen & nunquam radix.

§. 2. Eligantur *folia* non marcida, ante solis ortum collecta, in umbra exiccata & rite pulverisata ad varios usus in *asthmate*, *tussi*, *ictero*, *colica* &c. utilia & apprime necessaria. Quamvis autem *folia* & *flores* subtilissime pulverisati non unicuique placent, cum *pulvis* dentibus & palato adhæreat & nauseam creet, igitur *firubis*, *Eclegmalibus* & *conservis* adpropriatis miscendus, ut jucundius ingrediatur.

Imprimis *balsamus* vario modo fit, vel cum *semine* & *oleo*, vel cum fructu & *oleo com.* vel cum *oleo lini*, vel *hyperici*, uti patebit infra. Dubitat quidem de usu interno *D. Christ. Fingerlinus* *Physicus* in patria urbe, verum nostris

nostris jam temporibus notissimus est lippis, quemadmodum non ita pridem *Balneator* Nosocomii proximi loci requirebat ex me, num sibi licitum sit, patienti suo vulnerato pulverem momordicæ interne præbere.

§. 3. Ad acidum vitiosum absorbendum aliter adhibetur etiam in vulneribus intestinorum, ob miram vim balsamicam, testibus *Wittichio in consiliis suis medicis & D. Valent. in Museo.* p. 352. qui periculum facit. Jam medica consideratio est aggre-dienda.

CAPUT IX.

Usum foliorum exhibet.

§. I.

UBi urget *dolor colicus* admirandæ efficacæ & supra omnes gemmas est pulvis *foliorum momordicæ* ad ʒβcum aq. *chamomill.* vel *carminat.* off. præscribitur à *D. Theod. Schenkio* Studiofo cuidam Medicinæ salubriter, ut habet *Colleg. Practicum Medicum.*

In tali casu etiam ego hunc pulverem immutatum feliciter *Civi Lavingano P. Schmidio* dedi: ℞. fol. momordic. trit. ʒj, lycop. ʒβ, ʘʘi anisi dest. gtiij M. f. pulvis pro una dosi, in intestinorum torminibus.

B 3

Mulcet

Mulcet mirifice nostra Momordica *dolores colicos*, si trita grosso modo folia incoquantur in vino & singulis tribus horis ℥iij calide dentur, procul dubio juvabunt, *inquit D. Bernbardinus Kellerus.*

Ad coli dolores & intestinorum tormina solatium certissimum est decoct. foliorum momord. cum $\circ\circ$ momordicæ & saccharo albo mist. Hoc medicamento utebatur egregius Vir literatus Donaverda ad cochlearia tria mane & liber evasit ab insultibus colicis, quibus sæpe infestabatur.

Benedictus Achatius Maurer discipulus chirurgiæ a colicis cruciatibus se beneficio enematis in quo diffusum erat $\circ\circ$ m momordicæ liberatum deprædicat, nullis juvantibus aliis, causam alleviationis adscribit remotionis causæ biliosæ in intestinis collectæ & superficiæ eorundem internæ adhærenti. Vile admodum medicamentum & , ἐν ἀνάλογον τῷ μεγέθει τῆς διαθέσεως non proportionatæ magnitudini morbosæ dispositionis.

§. 2. Ad tussim etiam antiquam ac difficilem mire prodest pulvis foliorum *conf. capill. vener.* admist. addunt quidam etiam flores *ſis* & *pubo.* herb. *alchimill.* hunc enim tantifacio, ut in *morbis pectoralibus* specificum esse confidam, & est medicina multæ spei.

Doctor

Doct̃or Ant. Boxbarterus vir amplissimus & dum viveret in Urbe tam, quam extra magnæ auctoritatis, refert quendam Medicum sibi notum (D. Moses Heldius) sibi narrasse, quod quædam Mulier Xenodochialis tussiret longum tempus, nec a Medicis liberari potuerit, demum suasisse per multas dies pulverem *fol. momord.* cum *sacch. mist.* & convaluisse. Civis vicini pagi Berken prope Urbem Lavin-gam ex pleurítico *Empyicus* factus & cum periculose ægrotasset sequens *Electuarium* præscripti, quo rite sumto sanatus fuit: *R. conserv. flor. bell. m. ℥ij, fol. momord. in pollin. reduct. ℥j, bals. Locatell. ℥ß, sir. veronic. q. f.* ad formam *Elect. Hæreo an Practicorum experientia confirmatum sit.*

Folia recentia *momordicæ* subtiliter trita addito pulvere *rad. arif. rot. ana q. f. & vulneribus* inspersus sanat eadem si bis in die elu-trientur vino. Hinc hæc herba dotibus quam plurimis non obscuris prædita. *Matthiol. Com. in Dioscorid. p. edit. Baubini pag. 884.* quamvis *L. Fuchsus* peculiarem de hac planta experientiam non habere dicat. v. *Hist. Stirp. p. 188.*

Infusum foliorum momordicæ in icteritia a *Mose Heldio* felicissimo simplicium experi-mentatore commendatur. *Non ambige, di-*

co ego, *quin mirabiliter subveniat. Sæpe nova & laboriosa quæruntur compendia, quæ non semper respondent expectationi.*

Uxor militis galli annor. forte 34. pulvere foliorum momordicæ sæpius cum brodio carnis assumto a suffocatione uteri liberata DEO sospitatori & chirurgo liberatori gratias egit maximas.

Ramicosis pueris efficax est medicina: *pulvis foliorum* per aliquot dies cum sirubo plantaginis datus, suadente D. Casp. Schwenkfeldio, imprimis si locus *balsamo momordicæ* sæpius ungitur.

§. 3. Singulare est, quod de nostra herba traditur, viz. *momordicæ folia* in cerevisia cocta & epota, *casu ab alto* sanare. Hinc ego *Suevus Suevis* ego consilium do, ut simplicia, *etiam a Simplicibus hominibus data* non temnant, sed præparent decoctum hoc in istiusmodi casibus, *quid oppignoraris*, fore, ut gratias agatis, experimentator est pastor bubulis ex pago Ettlishoven. *Doctor Jo. Scultetus Senior* hoc decoctum *in doloribus post partum* commendat & præclare profuisse ipse comperi. *Honestæ Matrona*, quadriennii curriculo mense *Jul. doloribus post partum* cum *hemigrania* corripiebatur & illico decocto hoc restituta.

In

In laudes hujus plantæ se diffundit *D. B. Zorn*, qui cum effectu decoctum hoc disentericis etiam suavit.

§. 4. *Spectabilis vir* mihi olim affirmabat se in *Actis paternis* invenire plantam inscriptam, cujus beneficio multos sanatos fuisse *phthysicos* & tussi diuturna afflictos, hancque non recusans *balsaminam in hortis plantatam* nominavit & sic reperitur quandoque in una *Familia* Euporiston ab aliis communicatum etiam centies probatum, de quo omnia conticescunt *Herbaria*, quorum collectio & *Hippocrati*, qui gentium ab omni censetur populo Medicus ex magno fuit usu, cujus exemplum si ad imitandum *nostri Medici*, nil nisi proximum despicientes, omnibusque probris vexantes proponerent, laudabilior res esset & perutilis, imo brevi *Praxis medica* increfceret & studiosa percontatione cujusdam voluntariae herbe virtus, diu jam in obscuro latentis, comperta.

§. 5. Sic *chamedrys Fuchsi* femina jam ab *Autore Actorum Medicorum Berolinensium* An. 2. pag. 130. *Teucrium* verum vocatum amplissimos dignitatis gradus adepta, ut *Thee herba* similis facta, imo magis theezet, quam *Veronica*, jam totum seculum & quod excurrit maximi à Medicis honore dignis

æstumata, de qua innumera Autores experimen-
ta & testimonia infallibilia recensent,
gratior sit & acceptior, tamen an *efficacior &*
virtuosior reperiatur, restat rimandum: ve-
rum ut rem compendifaciam, *Teucris* flore
cœruleo, (*de quo diu, qualis sit herba, dimi-*
catum fuit) laudem suam non detraham, ne-
que quis in pejorem partem accipiet, cum
non statim in *Experimentatoris* sententiam
iverim. Verum St! videor audire *meam vero-*
nicam ex silvis submissa loquentem voce

ERO UNICA.

Eris & manebis, donec de *Teucris* novi-
ter in usum medicum recepto iterum 40. annos
experimenta capiam. interim:

Dein Ehren- & Preis- würdiger Nahme
soll werden

Geschnitten in tausend Stein- Linden
uf Erden.

Sed manu serendum, non pileo, hinc
Momordicam capeffo meam.

§. 6. In hac latens effectus casu fue-
rit repertus, an vero studiose indagatus ob
signaturam (quam alias susque habeo) spi-
narum vulnera efficientium, in medio relin-
quo; per velim modo *Medicine Candidati*
observent, vix illi secundam aliquam reper-
tum

tum iri plantam (excepto *doben balsam*) in consolidandis & curandis internis tam, quam externis vulneribus, putridisque contumacibus & ferinis ulceribus, foedissimis fistulis, hinc suadeo serio illis, ut & chirurgis maximopere sibi hoc Euporiston commendatum habeant, ringi sinant *Pharmacopœos* cum suis emplastris & unguentis effoetis.

CAPUT X.

Usum pomi adducit.

§. I.

EX fructu fit oleum seq. modo ex *acutissimo*

Cardano de rerum varietate, p. m. 394.

Maturus *Balsamine fructus*, si sepeliatur, sponte in *oleum* transit & vim maximam obtinet ad sananda vulnera, doloresque levandos. Ex primi generis *Balsamines* seminibus *oleum* exprimitur ad vulnera glutinanda, uti *Hermolaus Barbarus* quasi *minime Barbarus* in *corollario* suo adnotavit, sed res, fante *D. Ettmiller*o, non succedit, quia est nimis durum. vid. *Schröderus dilucid.* p. m. 112.

Quidam ex *foliis* cum *oleo veteri* præparant *Balsamum*. Nonnulli *poma* diu in *o*o *Omphacino* insolantur, aut in *balneo aque calide*, aut in *fimo equino calido* macerantur,

ex

ex quibus exprimunt *oleum* præstans ad va-
rium usum.

§. 2. *Oleum momordicæ* in quibusdam
officinis in usu est, quod fit ex *fructu momor-
dicæ & semine trifolii odorati cum oleo oliv. vel
amygdalorum dulc.* & quis enumerare potest
modos omnes hujus vel illius *Lucripetæ Se-
plasiarii.*

Quidam *oleum momordicæ* solum usur-
pant in vulneribus & ulceribus *mammarum*,
alii in $\circ\circ$ *lini* infundunt, qua ratione *ambu-
stionibus* appropriatum est, imprimis si ei
addatur $\circ\circ$ m ℥ ni, ita enim citra inflamma-
tionem *ambusta* sanat, imprimis si ad singu-
las $\circ\circ$ i libras ℥ liquidæ *verniciis* addatur, hu-
jus rei duo exempla singularia in gratiam *Chi-
rurgorum* heic loci recensere allubescit. Ex-
perta cura pro *Ancilla in diversorio*, *cujus in-
signe Anas cærulea*, quæ patiebatur in brachio
sinistro à butyro fervente *ambustionem*, mul-
ta applicata à *Balneatore* incassum fuerunt,
appropinquante vero gangræna, $\circ\circ$ m mo-
mordicæ miraculo persanavit.

Discipulus *dulciarii* à melle fervefacto
in manu læsus, iterum *alius* à bitumine fer-
vente, ast spacio 12. horarum dolor mitiga-
tus & *tridui* perfecte sanatus fuit: igitur in
ambustionibus quibuscunque hoc $\circ\circ$ (*in
princi-*

principio imprimis) tanquam divinum auxilium commendandum, imo sapius laudatum in Praxi sua à Joanne Pfauzio Medico felicissimo.

§. 3. Quod si vero in formulis Medicorum, quas *recepta* vocamus, $\circ\circ$ in *momordica* ad *hemorrhoides* vel *partum difficilem* præscribatur, tunc communiter id cum $\circ\circ$ *lini* infusum, intelligitur.

Matronæ cuidam à *suppressione mensuum hemorrhoidum tormina* accessere, ast $\circ\circ$ hoc à cruciatu liberata fuit, ut habet D. Etmillerus in MSto. Eodem $\circ\circ$ nobilis matrona ap. *Prævotium* in immanibus hemorrhoidum doloribus cito sanata. Ego etiam illud experientia compertum habeo, quod ab hujus $\circ\circ$ cum peria, ano applicatione omnis *cruciatus* ἀμὲν ἔπος ἀμὲν ἔπον fuerit sublatu*s*, *sint DEO laudes*. Admirandæ sane efficacix sequens methodus. R. *flor. hyperic. miiij, sambuc. mij, $\circ\circ$ lini loti* ℥β ℥ij, collig. *flor. cum $\circ\circ$* in vitrum probe clausum, digerantur in calore ☉is, vel alio leni calore. ast sine ulla coctione vel ebullitione, exactis 15. diebus addantur folia conquassata & poma exempto semine, sapius commovendo: postea colentur calide per linum & qualum & asservatur ad usum, cui si lubet modicum de camphora adjicia-

adjiciatur, est *præstantissimum medicamentum ad hæmorrhoidum dolores.*

§. 4. Balsamus hic cum $\circ\circ$ amygd. d. factus habet *vim vulnerariam* & auxilio *præsentiori succurrit manuum fissuris* & familiaris est *Mulierculis delicatis* ad curandas cito *fissuras mammarum*, in his, inquit *Excell. Schröderus* nihil est hoc balsamo accommodatus. Hanc veritatem etiam olfecit *D. Ant. Boxbarterus*, hinc *B. de W.* ad laceratas & periculose inflamatas mammarum papillas cum commodo commendavit hanc medicinam, adjecit etiam modum utendi, viz. *ut sepius in die cum pluma gallinæ nigre papillas inungat.* Hinc primatum ducit in ulceribus & sinibus mammarum. Experta est, teste *Ettmillero* (*prob! qualem virum laudo*) quondam *Ductor meus*, gregarii cujusdam *uxor* copiosas circa *mammas fissuras* habens, quas solo hoc balsamo curavit. Fissuræ hæc ex lacte acido post infantum suctionem adhærente oriuntur & satis periculosæ sunt ob copiosas glandulas illic existentes; omnia autem vulnera glandulosarum partium periculosa sunt. Hoc $\circ\circ$ *D. Jo. Pfauzius* vetulæ sexaginarie in *asthmate* maximopere commendavit cochleatim sumendum.

Novi hominem *Phtibicum*, cui jam novem

vem años auxilium erat in ☉☉ *hyperici* interne sumto, hinc cecepi animo repetere, num *balsamum momordica* in purificandis & sanandis pulmonum ulceribus magis præstaret, præsertim si aliis specificis exornetur, hoc feci & ecce Balsamum Momordicæ compositum antiphthificum.

℞. *Florum, foliorum & fructuum Balsamin.*
 ā. ℥iiij, *rad. consolid. major. aristol. rot. ā.* ℥ij,
succ. Trum fluviat. fol. pervinc. veronic. sancul. bellid. min. summit. storim. hyperic. Galii lut.
 ā. ℥β. ☉i *amygd. dulc.* ℥iiii, contund. contundantur omniaque vase vitreo cooperto excepta ☉i æstivo per duodecim dies exponuntur, deinde in ferventi Balneo ad humiditatis consumptionem decoquantur, postea colentur & exprimantur ☉☉oque depurato permisceantur balsami Locatell. ℥iiij, & factum est Balsamum repertum parum immutatum ad scopum meum in egregio Opere Pharmac. Excell. *Mosis Charas* p. 399. in morbis thoracis, phthisi, tussi, Empyemate, asthma, item colicis, nephriticis, ulceribus & vulneribus interne & externe divinum auxilium & quasi ultimum asylum.

§. 5. *Nervis læsis & vulneratis* experitissimum est & insperatum attulit præsidium *Civi Byrano* ante aliquot annos inconsiderate in manu læso.

Doctor

Doctor *Grülingius* in *Pract.* p. 912. alium modum nobis proponit optime in Praxi observandum. R. *balsam. momord.* ℥iiij, *bals. Ais* per *—m terebinth. fact.* ℥β, *o hyperic. magistr.* ℥ij, R*e* *ſtis magnet. alb. pulv. an.* ℥β digerantur per mensem, instillentur in vulnus calide guttulæ aliquot appposito desuper Empl. *dia Ais Rul.*

Certum est partibus nervosis esse gratum hoc balsamum, quod ipse Praxi in mea comperi & merito *D. Doctori meo Christ. Petri* subscribimus, dicenti *Collegio MSS. Practico*, quod ubi quis læsis nervis laboret, ei nos mederi queamus, si *o* hoc nervos foveamus.

§. 6. Dum studiorum gratia *Tubingæ* essem, evenit, ut *coqua domestica* in ædibus *Magni mei Promotoris & Hospitis G. B. Mezgeri* (*cujus anima requiescat in pace,*) pullos bene assatos agiliter è veru admodum magno detractura infeliciter pedem terræ affigeret & convulsa concideret, dato vero confortanti medicina solo balsamo hoc, *pigmeo medicamento*, hortata meo, à *gygantea punctura* intra paucos dies curata fuit. Ex *Protocollo MSS. D.D. Friderici Professoris Jenensis* refero de servo stabulum purgante, cui dum præsepe emundaret lima illic delitescens manum perforavit & ita periculosum infixit, quod

quod *momordica* ○○ percuratum cito fuit absque inflammatione.

Fabri lignarii manus digiti omnes à ligno desuper cadente miserrime quassati solo hoc ○○ jussu Excell. D. Etmilleri restituti. Similem curam felicissimam experiebantur *Parentis mei charissimi duo digiti manus dextra* à lapide conquassati absque omni inflammatione solo hoc balsamo.

Sic hoc ○○ omnia *vulnera* curat etiam *nervorum* & *ulcera mammarum* & per syphonem infusum, *fistulas*, dolores partus mitigat.

§. 7. Vel ad imitationem Excell. *Cardilucii* pro vulneratis nervis sequens fieri potest *Balsamum Momordicatum* :

R. ○○ i oliv. ℥iiij, colloc. illud in vase vitreo obtecto in loc. mund. ac successive luna crescente collige seq. herbas in optima succulentia existentes, quod eodem tempore fieri nequeat, tota æstas ad collectionem infumenda erit, colligendo nimirum: *fruct. momord. matur.* ℥iij, *rad. consolid. maj. herb. alsn. plantag. veronic. millefol. persicar. sanicul. pilosell. consolid. Sarac. al. chimill. agrimon. cent. min. ophiogloss. pyrol. silvat.* ānj. Quodlibet statim post suam collect. minutim consc. in pulticulam contunde ac protinus ○○ im-

C

mitte

mitte & si illud non sufficiat, plus ejus affundendum est. viz. ut saltem parumper supra herbas transcendat; Quando autem tota collectio & immissio herbarum est absoluta, tum omnia coquantur in olla vitreata, donec liquor belle *vir*eat & in consistentia spissiuscula balsamica appareat, si ejus gutta cadere sinatur super marmor lævigatum vel laminam frigidam, tunc totus liquor fortiter per pannum comprimitur & dum adhuc calet etiam ζ iiii *terebinth.* liquidæ subagitando & optime commiscentur.

USUS.

PRÆfati balsami talis est, si quis vulnerationem cujusdam nervi patitur, isque omnino differtus est, tunc iste acu & filo serico ruber consuatur, postea balsamum hoc calidiuscule mediante pluma vulnere & læso nervo illiniatur, tuncque vulnus emplastro contegatur *h*nino.

§. 8. Matrona honesta, cujus *nomini parco*, ob fluorem album, cui pudenda, cum ex pudore damnofo subticuisset, admodum exulcerata erant, tandem mihi concedidit, cui cum fructu $\circ\circ$ m momordicæ suasi.

Anno 1703. cum mense Jun. J. A. D. uxor *febre maligna* laboraret, præsentibus autem *militibus* ad reddendam urinam assurgere

gere nollet, sed lectum pollueret, inde dorsum exulceratum factum cum maximo dolore & *gangraena periculo*, verum milites auctoritate Locumtenentis faceffere jussi sunt & ego balsamo hoc ulcera curavi.

Commendatur $\circ\circ$ in *balsamina* ad *ulcera labiorum oris*, sed si suspicio est luis, aliter tractandus est ægrotus, quamvis autem ulcus solum non signum pathognomonicum est luis venereæ, sed considerentur alia signa simul, inquit D. Jo. Michael in Prax. Clinica MSS.

Autor sum hoc $\circ\circ$ specificè prodesse in *fistula vesica* per siphonem immissum cum decocto veronicæ vel agrimonix. Hoc $\circ\circ$ etiam egregie se gessit in *vulneribus faciei* ad præcavendas cicatrices, testis est D. L. M. C.

Scribunt Recentiorum quidam, *steriles mulieres* fœcundas fieri, si à balneo medicamentis utero conferentibus parato, hoc $\circ\circ$ uteri osculum sibi perunxerint ac demum suis se junxerint viris, uti vult *Doctissimus Camerarius*. Verum heic silentium tenet mea Praxis.

§. 9. D. Jo. Pfauzius testimonium salutaris operæ præbet luculentum momordicæ & dicit: est de optimis & sublimioribus medicinis in *doloribus nephriticis* v. g. *R. sum.*

chamomill. veronic. ā mj. rad. alth. ℥ij, coq. in s. q. aq. colat. ℥β, add. cass. extr. ℥j, vitell. ovi unius, o o momord. ℥ij, M. f. Enema. Etiam D. Jo. Henisus, vir antiqua virtute & fide in Pr. MSS. clysterem supponendum suadet in calculo renali dolente ex malv. addendo decoctioni sacch. rubr. & o o m balsaminæ.

Maximis laudum encomiis effertur istiusmodi enema momordica decoratum in difficili partu. Exemplum optimum communicavit *Excell. D. Jo. Georg. Volkamerus* Obs. 72. Ann. 6. Eph. Germ. quod etiam multis recommendat verbis *D. Wedelius senior* (*semper mihi cum veneratione summa nominandus*) in *Colleg. MSS. botanico & de compos. medic. ad Tab. X. de Clysteribus, imo & de morbis Mulierum.*

Ut autem nihil prætermittam, quod observatione dignum sit, reperitur in *Diariis meis agrotæ* cœlebs E. B. ann. circiter 44. nata, quæ de acerbissimo pulsatili dolore in lumbis, ad nothas costas, vesicam & muliebria penetrante conquerebatur, aderat etiam *erurum dolor & stranguria*, heic non neglectis ex Tartaro Glato, arcan. duplic. ☉o puriss. & ocul. ☿rum nil melius observaveram quam istiusmodi clysterium o o momordicæ exaltatum. Uxor S. H. ann. 36. eadem symptomata

mata patiebatur excepta *stranguria*, sine impedimento enim profluebat urina, *ast purulenta nauseabundi odoris & particulis carnosis remixta*, cum intensissimis ad pudendum locum doloribus; Methodus medendi in Praxi propediem edenda extat; Sed $\circ\circ$ hoc non ex oculis & mente seponendum erat.

§. 10. Magno in æstimo est sequens parandi modus :

℞. fruct. momord. mat. exemptis granis macerantur in $\circ\circ$ hypericonis, copiosi vero infund. fructus & diu insolentur ut $\circ\circ$ crassum & glutinosum evadat ac fructus in $\circ\circ$ quasi putrescant sequente anno exprime $\circ\circ$ & rejectis fructibus expressis novos infunde & sic fit longe excellentius balsamum vulnerarium in supra notatis affectibus.

Efficacia hujus cum innotesceret intimius adeo æstumatum fuit, ut omnibus vulnerariis præponeretur. Quotidiana experientia testari possumus, nihil esse magis comòdum Chirurgis hoc balsamo: apposite verbis Galeni heic utor, quæ de suo centaurio exclamat : τῶν δυσχερεστάτων εἶναι εὐρεῖν τὸ βοήθημα τοιαῦτον, ὃ μηδὲν βλάπτον ὀνήνησι μέγαν : *difficillimum esse invenire remedium tale, quod citra ullam læsionem & noxam magnifice proficit : promptam promittit operam, cum vulneris & ulceris sanatione*

natione opus est: nulla eget correctione, sine freno, sine calcari debitum præstat officium.

Contemperat acrimoniam in ulceribus telephiis & fiunt, ut *Hofmannus* rectissime ratiocinatur, sæpicule effectus insperati, paucis multa complectar, si dixerò, tota substantia resistere insanabilibus aut ferinis & contumacissimis ulceribus. vid. etiam *Pandectarius* qui multa de nostra scribit. Medicus Romanus Celeberrimus *Castor Durante* nostram eximia ornat laude, dum canit in suo novo Herbario p. edit. ital. 59.

*Ambustis, nervis, uteroque Momordica prodest,
Auxilio est ruptis, internaque vulnera jungit:
Mitigat & partus hæmorrhoidumque dolores,
Mammarum ulceribus confert & vulnera nervi
Præsertim solidat, sterili dat fertilitatem,
Extenuatque cicatrices & tormina sedat
Dentemque crudeles tollit demorsa dolores,
Ulcera thoracis lenit, sanatque valentes.*

§. II. Tempore *Tragi* quosdam esse perhibuere, *om* hoc in glutinandis vulneribus mirifice prodesse, ita quidem, ut si equo nigro auriculam præscindas, albo postea equo, cui itidem præcisa sit, vi hujus *oi* ad glutinare possis & contra, das wäre ein Stücklein vor einen Ross-Dieb, *Ficta, benigne Lector*, non refero, verum ea, quæ mihi explora-

exploratissima sunt , nam exploranda commemorare , uti veritatis Balsaminæ foeminæ , supersedeo.

Et hic est *labor* , quem horis ab otio fugitivis , pro meo privato commodo lubens de *Momordica nomine, differentia, qualitate & usu medico - chirurgico - pharmaceutico* suscepi & destinavi. Multa siquidem heic proposui *utilia* , ni fallor & *pulcra* , si vero aliqua sint mutila aut non satis excussa , si non ubique vera exhausta ratio , facile speramus veniam impetraturum apud eum , cui in mentem venerit illud *Horatianum* 4. carm.

od. 1. v. 22.

Non scire fas est omnia,

Δόξα ἐν ὑψίτοις Θεῶ.



explorantissimas sunt, non exploranda com-
 memorare, uti veteris Babiloniae templum
 superedificatum.
 Et hic est Abbas, quem hodie ad oroniam
 givis, pro suo privato commercio lupans
 de Monachice nomine, diffidit, quod
 esse iudice, curat, et per se, quod
 de hinc. Mores sibi in hunc modum
 adit, in fallor & peiora, si vero aliquid sine
 tanta sui non sua exulta, si non iniquo
 vero exalta ratio, facile sperans vitium
 impetratum agitur, cui in mentem
 venerit illud ad hunc modum & carum.
 ob. 1. 7. 22.

Non scire las est omnia.
 Δὲλα ἐν οὐρανῷ ΘΕΩ.



317

DE
SCORDIO
HERBA
Schediasma
Posthumum

Jo. JACOBI KLEINKNECHTI,
Med. D. & Physici Geisling.

Nunc
Antiquorum Medicorum munu-
mentis auctum & in lucem pri-
mum editum.

à
JOANNE FRANCO.

Hipp. Præcept. p. edit. Foef. 30. lin. 4.

Hoc jurejurando affirmare audeam, medicum
ratione utentem, alterum nunquam in-
vidiose calumniaturum.

U L M Æ,
Apud DANIELEM BARTHOLOMÆI,
ANNO M DCC XX.

DE
SCORDIO
HERBA
Schediasma
Posthumum

Jo. JACOBI ALEXANDRI

KOEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE

Andrius
medicus Augusti & hinc per
mum edium

JOHANNES FRANCO.

Hisce hinc
Hoc in hinc
tam in hinc
vltio calidum

M. M. M.
Am. DANHELM BARTHOLOM.
A. M. B. D. O. A.






CANDIDE LECTOR.

Um ad umbilicum us-
que jam deductus esset
hic de *Momordica*, labor,
ultimaque typis committenda pa-
gina, spacium vero quoddam
supereffet, *Schediasma hoc posthu-
mum Amici mei Academici D. Jo.
Jac. Kleinknechti, Physici Geislingen-
sis felicissimi*, quem non minus
me ipso dilexeram, olim pro
inaugurali inceptum, heic adjice-
re volui. *Seriem* paragrapho-
rum & *methodum* non immutans
iconem Scordii legitimi addidi &

hinc inde illius verba ex meis illustravi, ut in hoc genere soleo, præsertim cum quid simile, vel etiam diversum apud *meos cives* *MStos* legere memini, aut ipsa experientia didici. Tu, quisquis es, *Pie Lector*, hoc studium meum, ne & hoc κλάσμα pereat, quoniam suam utilitatem afferre potest, comproba & *Mimum* Te potius incensendis hisdem, quam *momum* exhibe, beneque ac feliciter vale.



§. I. Quem.



§. I.

Quemadmodum æque promptum est mihi atque aliis, quod maxima rerum pars à similitudine, quam vel cum aliis vel inter se habent, denominationem sortiatur, ita *herbarum* quoque nomina maxima ex parte à genuina significatione ad non propriam transferuntur, quarum aliæ *monospermae*, aliæ *corymbiferae*, *bacciferae*, *multisiliqua*, *vasculiferae*, *umbelliferae*, &c. dicuntur, quas *Clarissimi* ac de re herbaria *optime meriti viri*, ut res admodum diffusa herbarum in compendium mittatur & discentibus facili modo, tanquam in *tabulis* depingatur, summo labore excogitarunt.

Cum vero non dudum *Euphrasiae galeata* non *verticillata* simul vires pervestigaverim medicas, lubet, ut, monente *pio Thoma Kempensi Imit. Christi* l. I. c. 19. porro aliquid utilitatis pro communi laborarem, *herbam verticillatam Scordium legitimum* viz. coeptum *Tubingæ* ante quadragintos & quod excurrit annos ex *instructissima D. Georgii*

Balthasaris Mezgeri, P. P. Bibliotheca ab Amico Academico quondam, ne ex toto interiret, perficere.

§. 2. Transfertur autem *Epitheton* hoc ad rem, quæ bacillum ambit, ut est *verticillum* spondylum, quo fusus facilius vertitur, ita flosculi caulem articulatim amplectuntur, *foliis* interspersis, quæcunque igitur herbæ *flores* verticillatim efformant, *verticillatæ* dicuntur & ab Auctoribus ut plurimum ad hanc classem referuntur. Ex hisce itaque seligemus *Scordium* dictum, quod juxta *Excell. D. Rivinum* ad plantas, quæ flore sunt *irregulari monopetalo* pertinent, quarum notæ sunt semina nuda, quaternaria, levia in *perianthio* aperto latitantia. Annuat *DEus* laudandus in æternum

Cuncta movens, mota amplectens, amplexa gubernans
ex voto eveniat.

§. 3. Ad dicendum à *definitione* ingredior, cujus *utilitas* & *necessitas* à consummatissimis *Philosophis*, *Medicis* & *JCTis* dudum nobilitatis splendorem accepit. Clarissimi nostri *Greg. Horstii* in *Epist.* p. m. 382. & subtilissimi *Scaligeri* de *caus.* L. L. cap. 4. p. m. 7. quem *Just. Lipsius* post *Homerum*, *Hippocratem* & *Aristotelem* unice admiratur,
auto-

autoritate omnino contenti vivimus. Cum autem juxta divini *Platonis* effatum nomina essentiarum sint vehicula & quædam rei excogitatæ declarationes methodo consuetæ insistentes de *ὀνοματολογίας* evolutione erimus solliciti.

§. 4. Salutatur herba nostra *Scordium* quod Græciæ ortum suum debet & dicitur græce *Σκόρδιον* & poetice *Σκόρδειον*, quod nomen accepit ab *odore allii*, quod græcis *Σκόρδιον* dicitur. *Galenus* vero 8. *simplic.* propter acrimoniam scordo i. e. allio adsimilem nomen fortitum putat. Mea autem opinione, inquit *Cass. Hoffmannus de medicinal. Offic.* pag. m. 443. dicitur quasi *σκόρδιον*, ut sic diminutivum ἀπο τῆ σκόρδιον, ut *λίβανον*, *λίβανον*, cui valde assentior. Circa *Homonymiam* nihil apparet notandum, hinc diutius non immoremur, hinc accedo ad *Synonymiam* ubi multifariam audit.

§. 5. A Græcis vocatur *Μιθραδάτιον*, ab inventore *Mithridate*, ut habet *Mauritius Hofmannus* sive *pestifugum*, aliis nominatur *σκόρδιον*, aliis *δύσσομον* ab odoris gravitate, aliis *καλαρίνθη ἄγρια*. Peritioribus *χαμαίδεις* nuncupatur. Et plura alia à *Dioscoride*, aliisque obsoleta traduntur nomina. Apud eundem in *notis* legenda, quorum unum & alterum heic adduxisse sat erit. D 4 A'φω

Ἄφω vocant id *Ægyptii*, occurrit etiam apud *Dioscoridem* vocabulum ἀμαπρόδοτ, quo magi utuntur. *Plinio* Scordatis est. *Scordium* alterum *Plinii* quidam volunt esse *Salviam agrestem*, quam *Dodoneus* facit sphacellum *Theophrasti*. *Cordus Scordianam* vocat.

§. 6. *Scordeum* sive *Scordeon* ab *Arabibus* *Abuali Ibusina*, *Op. lib. 2. tract. 2. c. 63.* à *Jo. Serapione de Simpl. medic. p. m. 209. 2.* nominatur. Sed hi decipiuntur confundentes hæc duo vocabula *Scordium* & *Scorodon*, quæ diversæ sunt herbæ & diversam habent figuram & facultatem, quod optime ostendunt *Ruellius* & *Ant. Musa Brasavolus*, hinc Imitatores *Arabum* loco hujus vocabuli *Scordii*, *scorodon* intelligentes *allium silvestre*, & ita interpretabantur & in una theriacæ descriptione *Scordeum* & in altera *allium silvestre*, posuerunt non observantes *allium* non esse herbam *Trixagini Dioscoridis* similem. Ab eodem tempore omnes *Pharmacopole* erroribus implicabantur.

Latini nomen retinent; alii *Trissaginem palustrem*, item *chamedream* vocant, à foliorum forma.

Ab *Italis* *calamandrina palustre*, ab *Hispanis* *camedreos de arrogos*, ab *Anglis* *Water gemander*, *Danis* *Skordium*, *gamander* logs-

logs-urt , *Belgis* Water gemandree , *Gallis* chamarraz.

Nobis Germanis dicitur allusione quadam ad Romanam appellationem apte *Wassers Bateng/ Knoblauch/ Kraut/ Lachen/ Knoblauch/ Wasser/ Gamanderlein*. Et hoc nos hoc loco enodandum fumsimus.

§. 7. Diu hæc herba *Germanis* ab *Italis* & *Gallis* occultabatur, ac si tantum incola sit *Italia* & *Gallia*, hinc magno pretio ab illis emerunt, viz. unciam illius aureo coronato, tandem fraus illa detecta circa annum nempe 1517. tempore viz. *resplendescentium omnium artium bonarum*. *Tragus* eam herbam videbat, tamen timore *Italorum* hoc non audebat affirmare, donec tandem à cordato *Cordo doctissimo* audierit, qui eam adinveniebat teste *Georgio Ollingero Norimbergensi Simplificista*, cujus *Epigramma* adhuc legi potest in *Annotat. Dioscoridianis* v. *Cordi* circa initium. Per id temporis fama de eo percrebuit, potissimum vero circa *Norimbergam*. Cum namque superioribus annis, inquit *Hieron. Tragus*, ea in civitate Comitia celebrarentur, *Scordii* recens herba ad mensam *Serenissimi Romanorum Regis Ferdinandi* adlata fuit, quam cum *Serenissima* ejus *Majestas* (cui non solum *Scordium*, verum

D 5

etiam

etiam pleræque innumeræ aliæ plantæ probe cognitæ sunt) vidisset, mirata est supra modum, *Scordium* in solo quoque norico gigni.

Hæc eo mihi dicuntur, pergit *Tragus*, ut nemini obscurum sit, *Scordium* æque in Germania nobis nasci atque *Cretensibus* in *Creta*, aut *Gallis & Italis*, in *Gallia, Italiave*.

§. 8. In agro *Argentoratensi* primum inventum est à *Medicine Candidato Luca Barthodio*, ut habet *Mich. Toxites Onomast. Med. p. m. 479.*

Hoc *Ulmæ* casu anno 1576. manifestavit *Pharmacopola Gaudentius Loschenbrandus* teste *Friderico Fuchsio, Leonb. Filio & Arch. Ulmensi & S. Veits Kräutlein* / forsan quoniam circa illud tempus floret, nominabat.

Hodie, inquit *D. Ant. Brelochius Physicus Hale Suevorum*, non temere à quovis cognoscitur, est enim *chamædrys palustris*, apud nos crescit & dicitur Germanice *Sonnen-Tächlein*. Utut vero appellatur, *DEO* agendæ sunt grates, inquit *Tragus*, cujus bonitate & providentia Germania nostra coepit *Scordium* agnoscere & loco allii silvestris usurpari.

§. 9. Ex solo remotiori propagatum nunc cultissimos hortos ubivis locorum

exor-

exornat & mire serpendo luxuriat non sine
 lucro & possunt de uno duntaxat ramo plu-
 res provenire ac undique exiguis fibris ad-
 hærescit non aliter ac *pulegium*, testis est
Hortus Lanionum, ubi in copia crescit & sæ-
 pius forma distinctionis aut minori aut ma-
 jori.

§. 10. Atque hæc nostra incola, li-
 cet plerumque à veteribus ex *Creta Insula*,
 quale *Andromachus junior* suæ *Theriace* mi-
 scuit, transportaretur, attamen & sequen-
 tibus temporibus id inveniebatur, ut & *Ga-
 lenus* adnotat, in aliis regionibus, *Pannonia*
 viz. *Gallia & Italia*, quin etiam, ut audivi-
 mus in *Germania nostra*, ast non ubique, ve-
 rum naturæ suæ magis accommodatis locis,
 secundum illud *Poeta* notissimi:

Heic segetes, illic veniunt felicius vva,
Bacchus amat colles, aquilonem & frigora
taxi.

Et experientia testatur præstare ceteris omni-
 bus id *scordium*, quod locis humidis & pa-
 lustribus gaudet, quale est, quod apud nos
 prope *Aufheim* & circa *Cænobium Wiblingense*
 agit radices; & in regione *Kirchberg* secus
 fossas & scrobes aquas habentes circa *Bur-
 lesingen* frequens.

Sic Naturæ consultissimus Vir *Joach.*
Came-

Camerarius libr. *Hort. Med. & Philos.* p. m. 156. hunc in modum differit : quamvis id in humidioribus frequentius inveniatur, probatur tamen magis quod ex *montanis locis* irriguis defertur ; quale est *Pannonicum*, quod odore caput ferit & ceteris est acrius.

Huic consentit *Ant. Musa Brasavolus Examine herb.* p. 96. dicens : in hoc monte, ubi aqua scaturit, ingentem hujus herbæ copiam habes, etiam *Ferraria* in aliquibus planis & aquosis invenitur.

Ubi tamen notandum, in eo non consentire *Dioscoridem* & *Plinium*, dum hic in planis & aquosis, ille in montanis & humentibus nasci fatetur, uterque enim verum dixit : in campestribus siquidem & *montanis*, non tamen omnibus provenit, sed quod *Dioscorides* etiam adjecit, *humentibus tantum*. Etiam experientia testatur, quod *Andr. Casalp.* adducit, id in *montibus* prognatum altius & ramosius fieri. *Lib. Plant.* p. m. 456. & hujus rei periculum feci *iii Glasenhardt.*

§. 11. *Flores* protrudit *Junio* & *Julio*, flosculus tamen non nisi diem unum durare videtur, sic continuo unus alium sequitur.

Augusto vero mense legere herbam expedit : *hieme* perit, *estate* redit, radice restibili.

bili. Imprimis colligitur herba in exaltatione *claro tempore* circa *novilunium*, & papyro involvitur & in umbra ficcatur & reponitur ad usum proximum in *scriniis*.

§. 12. Si Botanologos evolvimus, ii varias à se invicem non nihil discrepantes *scordii* species subministrant, quæ pro latitudine & amplitudine foliorum & diversitate patriæ variam sortiuntur denominationem. Quinque quidem recensentur à *Casparo Bauhino* in *Pin.* quæ videri possunt ap. *eundem* lib. 7. Sect. 1. p. 247.

At *Plinius Histor.* 25. cap. 6. duas habet ibique in promptu sunt omnibus. *Græci* vero unius miminerunt generis.

Cum vero *beatus noster Auctor* ex hisce speciebus tantum *vulgare* & *legitimum Scordium* selegisset, relictis ceteris merito & jure optimo illius insistemus vestigiis, addita appendice ponderosa, *allium silvestre* nullo modo *substitui* posse, uti olim ex ignorantia Pharmacopolarum fecerunt, qui pro herba salutaris & morbis malignis adversante in Theriaca alliarum usurparunt.

§. 13. Consideratis itaque iis, quæ circa nomen observari debebant, nostrum omnino erit, rei ipsius naturam investigare, oculisque eruditorum sistere. Commodius
id

id fieri non poterit, quam per definitionem *πραγματώδην* describimus inde herbam nostram hunc in modum :

Scordium parva est herba Mithridati Regi in Ponto adscripta est, qui duarum ac viginti gentium linguas tenuit & locutus est, cujus depictam manu *Cratevas Medicus* vidit.

Herba hæc in *Historia Plantarum D. Leonhardi Fuchsi* p. m. 776. magna cum cura & diligentia ita elaborata, ut ovum ovo non sit tam simile.

Etiam summo adnitebatur studio ad hanc plantam delineandam Pictor iconum *Andr. Matthioli* editionis *Dioscoridiana Venet.* anno 1565. quæ maximam admirationem mihi & multis aliis facit.

Gradum heic parumper sistamus, camque perquisite ponderemus.

§. 14. *Scordio* nostro *virgule* sive *cauliculi* complures exeunt *quadranguli*, articulati, non in altum assurgentes, ast humi procumbentes aut proserpentes, recti, oblongi, hirtuli, coloris fusci.

§. 15. *Scordium* querna fronde oblonga vestitur, ut habet *Ruellius* de *nat. Stirpium* p. 28. vel uti depinxit *Dioscorides* folia *trixaginis* vulgaris prope consimilia. Quod autem dicit : quercus similitudine, de *chamædry*

Scordium legitimum.



Scordium legitimum.



medry accipiendum videtur, cujus similia *Scordii* esse folia, majora tamen & per ambitum non ita profunde incisa & ferrata, villosa utrinque rugosa, brevia, subcandida, mollia, è singulis geniculis bina.

§. 16. Flores perfecti *monopetali* barbati tantum sunt, è furculorum alis enascuntur instar *Teucris* & *chamedryos* subrubescentes ex candido purpurascens **bleich blau auf roth sich ziehend** / & quidem è sinu foliorum, vel inter *folia* & caules exeunt seu erumpunt è folliculis exiguis, minime vero in summitate caulium, ut aliqui putant, ceu pictura ipsa L. Fuchsii & à me olim vivis expressa coloribus abunde docet. Minores apparent quam *Lamii* flores à Germanis **Vinsaug** vocati, alioqui forma non dissimiles, non nisi unum diem durant, ut supra diximus; distinguuntur ab aliis *galea*, qua *flos noster* caret. Hoc autem decedente minutissimum in tribus vasculis reperitur semen.

§. 17. Radix *Scordii* sub terra serpit *capillata*, cujusmodi omnes serpentariae plantae habent. Et in hunc fere modum *Scordium* Mithridatis manu deliniatum *Cratevas barbarius* olim vidit, cujus *apographum* in *Horto meo hiemali* ad vivum etiam invenies.

Et hanc delineationem paucis comple-

E

ctebatur

Et debatur Excell. *Moses Charas* in *Hist. naturali Theriacæ Andromachi* p. m. 79. hisdem versibus :

*Scordii ferram referens figura
Allii nec non perhibens odorem,
Pallidis rectum foliis, rubente
Flore venustum.*

§. 18. Præmissa *Scordii* historia ad ea, quæ rem medicam magis spectant deprope-
randum est, cumque ordine jam examinandum veniat *Temperamentum*, quod ad *calidum & siccum* inclinare unanimes est Botano-
graphorum & aliorum, qui de *materia medica* scripserunt, sententia.

Immutat parum *Galenus* inquit : *Scordium* amarum quid obtinere & acerbum, cui *D. Christ. Fingerlinus* addit, acrimonia ejus satis accedit ad *allium*, nam tota planta *allii* odorem, verum non adeo *injucundum* & insuavem spirat und riechet etwas sumppffigt/ gustu vero adstringit.

Phil. Mauritius Schönlinus in *Epigr. Syntagm. Theriac.* pag. 40. seposito quaternario Elementorum Aristotelicorum numero, dicit, quod gaudeat *sulphure multo & sale*, hinc ob *sal volatile oleosum* particulis *sulphureis* remixtum, vel ut alii dicunt, acrem, amaram excalfactoriam facultatem alliatam omne
pere-

peregrinum, imprimis ad putredinem incli-
nans per sudorem expellit.

E' composto, inquit *Cast. Durantes* in
Herbario suo p. 400. di diverse facultà &
di varii saporibus, imperoche ha egli dell' *ama-*
ro, dell' *acerbo* & dell' *acuto* assai simile a
l' *aglio*, onde scalda, mondifica & provoca.

Ego, quid res sit, brevissimis compen-
difaciam verbis: *sapor* in nostra planta *mi-*
stus est, singulis tamen ab invicem facile di-
scernendis, nam ori delibatum quadam ad-
strictione idem corrugat, post amaritie qua-
dam linguam afficit, tum demum longius
pergustatum acerbum & acre quid obtinet
maxime scorado, hoc est, allio similis ejus
acrimonia, unde sane nomen sortitum est.

Hinc jure merito ab *Excell. P. Hermanni*
Commentatore Henningero in *Cynosur. materie*
Medicæ p. 226. *Polychrestis* nomine dignatur,
quippe quod rite adhibitum totum bonum
& nemini noxium, sed omni ætati & sexui
conveniens alterat, roborat, imprimis pecto-
ris & pulmonum crassos & viscosos humo-
res extenuat, virulentos detergit & expur-
gat. Hunc in finem diaphoreticum & ale-
xitericum est. vid. *Gal. de Antidotis* Lib. 1.
cap. 12. ubi vis putredini resistendi in *scor-*
adio reperta patebit Inter medicamenta,
E 2 quæ

quæ *pestifero veneno* succurrunt, idque ex corpore eliminant, eique in qualitate contraria sunt & membra principalia confortant, primo loco *Scordium* Autores locant.

In *febris acutis* præsertim & *malignis* præ ceteris multum laudis & virtutis attribuitur *Scordio*. Non minoris in *epidemicis febris* efficaciam est, præsertim aqua *scordii* rite *destillata* cum *diascordio* vel aliis, ceu expertus sum in *febri mali moris* ante *septendecim annos*.

Infrequenti usu habeo ad sudorem pellendum præsertim in febris malignis:

℞. El. *diascord.* fr. ʒj:

Caphur. gij.

℞. vol. C. C. ℞β.

Aqu. scord. q. f. & f. haustus.

Egregiam historiam, quo pacto in *Thracia* à *peste* ex *scordio decocto* multi ex suis conservati fuerint, recitat *Generosus Dominus Augerius Gislenius Busbequius* in *Epist. Turcicis* p. m. 80. quam integram heic recensere nimis longum foret, breviavit hanc *D. Joachim. Camerarius Hort. Medic.* pag. m. 156. *Minder. de Pest.* p. 179.

Arida quoque *folia scordii* cum vino decocta contra *serpentum morsus* & *lethalia venena* bibitur.

Maxime

Maxime vero *rabiforum canum morsibus* auxiliatur.

Cum præterito *Januario* quinque homines var. ætatis & sexus à *cane nigro rabido* morfu pressi fuissent, *Scordium magna olim fama & estimationis* mihi in mentem venit, quo magnam vidimus *efficaciam*, imprimis sequens *Mixtura* eximie sese obtulit:

℞. Elect. *diascord. fr.* ʒj.

Vini decoct. h. scord. ʒiβ.

Sir. *scordii.* q. s. f. haustus, quo multis diebus continuatis convaluere.

Scordium præsentaneam in expellendis *lumbricis* præstare operam testis est Doctor noster *Joannes Henisus Com. Palat. Cæsar.*

Longo usu comperi, inquit *Doctor Ant. Boxbarterus*, cum *spiritus scordii* guttas quadraginta summo mane per aliquot dies cum vino sumserit, liberatum fore ab *obstructione splenis diuturna.*

Fit ex *herba* fermentata, præsertim ubi *scordium* largo nascitur proventu & qui super recentes *herbas* aliquoties infusus destilletur, vim majorem acquirit. Nonnulli *herbam* viridem cum toto conscindunt, affundendo parum de fæcibus & aquæ tepidæ & post dies aliquot fermentatione peracta destillant per

E 3

vesicam.

vesicam. Ab aqua destillata spiritum per phiolam separant, ubi autem plus aquæ est, primam rectificationem per cucurbitam instituunt, post per phiolam & in effectû vix discrepat à *spiritu C. B.*

In *stomacho* roborando D. Jo. Pfauzius efficacissimum esse *scordium herbam* ex commendatione *Plinii* scribit. Et hodie nonnulli decoctum *scordii* sæpius haustum instar *Thee stomachum* roborare & catarrhis frigidis potenter resistere dicunt, nobis vero maxime adridet *Veronica nostra* plerisque *gratior*.

§. 19. In affectu molestissimo, imprimis iracundiæ deditis familiari, *podagra* viz. præ ceteris multum laudis & virtutis attribuit *Scordio nostro* D. G. Balth. Mezgerus, PP. Tub. & *Hoffes* in *notis MSS.* ad *Jo. Jonstoni Praxin*, cui assentitur *Bernhardus Kellerus*, nos nullam habemus hujus rei experientiam, aut *scordium* cum acri aceto aut aqua externe impositum potenter succurrisse doloribus *podagricis* me legisse scio.

Recordor *Parochi* in *Rötenbach Capituli Oberndorf*, *Conradi Sigism. Ganseri*, qui mihi anno 1716. 22. Junii affirmabat; se habere receptum plebejum & vile à *rustico* acceptum, viz. decoctum *scordii foliorum*, ad dolores
arthri-

arthriticos admodum conducibile, hinc quid de eo sentiam, desiderabat. Cui ego, non esse *frivolum medicamentum*, sed *præstans & nobile*, nulloque *auro comparandum Euporiston*. Hinc Medicinæ Candidati maximope- re sibi ejusmodi *polychresta* habeant commen- data, de quibus plura in *tractatu meo nuper- rime de Cuscuta* edito legi possunt.

§. 20. Ex *Scordio* paratur simplex *aqua* ex herba viridi, aut *succo scordii* expresso, quæ præstantior reputatur, cujus rationem legimus apud *Zwölferum Pharm. reform.* pag. 702.

Placet *Wedelianus modus* destillandi aquas efficaciores in *Pharm.* in *artis formam re- ducta* exhibitus. ℞. herb. *scord.* virid. cum toto, quantum vis, vel ut vesica impleatur, affunde aquæ *simplicis*, quantum reliquum spacium capere potest & ne calor vi in ipsum à lembicum prouant, ante collum cu- curbitæ ligna duo decussatim obdantur & destillatio fiat.

Si toti *Scordio* conciso & contuso *vinum*, affundatur vel *cerevisia* & destillatio institua- tur, *aqua spirituosissima* evadit.

Inter compositas nulla fere est *aqua ale- xipharmaca*, cui non ingrediatur *Scordium nostrum*, talis est *aqua Londinensium Scordii*

composita ex succo viz. galeg. acetof. citri aa. cum dimid. theriac. destillata. Similis aqua *Scordii* nobilitata in *Pharm. Regia Zwölferi* p. 195. & fortassean apud alios Autores reperitur, si evolvantur. Hoc bene notandum est, si præparatio cum vino generoso fiat, præstans in *malignis morbis & peste* ad movendum sudorem cum aliis.

Majorem possidet efficacitatem *succus Scordii* expressus, est necessum est, ut in tempus ob aëris accessum servetur; Hinc *Helmontius* odorem ignis sulphurei suadet. *Disp. mod.* §. 21. *Cnoselius* vero hanc habuit methodum: Excipiebat fili sulphurali ardentis fumum lagenæ vitreae inversæ, idque sponte sua extingui patiebatur, mox sine mora succum quemvis in illam infundebat & orificium ejus arcte deligabat. vid. *Ephem. Germ. app. ad ann.* 6. & 7. pag. 51.

Angelus Sala Tract. de variis tum Chemicorum, tum Galenistarum erroribus proponit modum egregium, diutius plantarum succos sine corruptione conservandi, beneficio *spiritus vini*.

§. 21. Si expetis *essentiam*? succus scordii expressus in B. M. digeratur, dum crassum sedimentum ad fundum descendat, reliquusque succus clarescere & rubescere inci-

incipiat. Quo factō ; clarius liquor per inclinationem separetur, iterumque digeratur, donec nullæ fæces amplius subsideant. Hoc modo cruditas concoquitur & jucundior evadit. Hæc *Essentia*, ut diutius durare queat: cum *sacchari* momento in B. coquitur & ad justam consistentiam reducitur.

Communiter autem *extractum* habebis, si herbæ contritæ vel in pulverem redactæ spiritum proprium affundas, tincturam extrahas & tandem maximam partem menstrui separet, fit *Essentia* omnibus grata, efficacior *sirubo* & *conserva*.

Essentia alia secundum *ἐγγείνησιον Glauberianam Pharm. Spagy. part. 2. p. 46.* parari potest cum universali solvente, sive *alkabest*, quo tum vegetabilium, tum animalium & mineralium noxias & deleterias qualitates corrigi & in saluberrimam medicinam converti posse, dicit. Lege sis etiam *Ephem. Germ. append. ad ann. 6. & 7. p. 195.*

§. 22. *Elixir ex scordio alexipharmacum* magnarum virium est & propediem plura bezoardica superat, uti *Praxis mea* docet, & dicitur *Hercules antipyreticus* Fr.

Rx. Extract. *scordii* ℥β.

C. B. ʒv.

galeg. ʒij.

E 5

M. S.

M. S. ꝥ. vel q. f. degere calore lenissimo per noctem & deinceps in vitro bene clauso in loco frigido ad usum repone, sit omnibus *Medicine Candidatis* recommendatum & quadrat illud antiquum:

*Neu te dira lues, neu ledat noxius aër,
Hoc cape, cum primo est Sole reuecta dies.*

Poffemus huc alias præparationes, *sal v. g. fixum, essentiale & volatile, oleum* item, imprimis egregium *sirubum* de *Scordio Hieronymi Mercurialis* & famosissimum *Electuarium diascord. Fracastorii*, aliaque adjicere, quod imprimis omnibus personis, omni ætati ac sexui, cujuscunque temperamenti homo extiterit, confert, quinimo prægnantibus ac parvulis familiare est, ac tutum.

Reperitur in operibus *Hieronymi Fracastorii* Editionis Venet. 1584. p.m. 104. C. Et simile *Elect. alexiterium* legitur in *Theaur. Pharmac. Hoffmanni*. *Officinale* est hæctenus *Dioscordium* egregium, verbis *Dispensatorii Aug.* sudoriferum in morbis malignis admodum proficuum. Quo *Fr. Sylvius* in *Praxi usus* ad roborandum ventriculum, temperandam bilem, veneni acrimoniam obtundendam, sudorem movendum, acidi à sanguine secretionem impediendam.

Aliam *Diascordii* præparationem ac formulam

mulam *Franc. de le boe Sylvius* excogitavit in *Praxi med. Libr. 1. pag. edit. Lugd. cap. 58. pag. 975. §. 22.* Alias invenies in egregio opere *vegetabili quadripartito D. Em. Königii,* pag. 1010.

Cum vero *B. noster Autor*, quam potuit rem suam in compendium contulisset & *leonem*, ut dicitur, *ex unguibus monstrasset*, nos illum ad imitandum plane proponemus & ex *Antiquitate Ulmensi* more solito quædam *lectu digna* una cum *Praxi mea* paucis adjiciam.

§. 23. *Scordium anthelminticum* optimum & probatum audit, prout & *Riverius obs. xvi. cap. 1.* puellæ *febrem verminosam* decocto herbarum & florum curatam sistit & celebrat *hyperici & scordii* mirabilem efficaciam, qua resistant putredini & lumbricorum generationem prohibeant, nedum jam genitos enecent, ut & vestibis complicantur pro impedienda vermiculorum erodentium generatione. Periculum in brutis etiam factum legitur in *Scholio Gabelchoveri ad Cur. 21. Cent. 5.* ab *Ant. Musa Brasavolo*, qui stragem equorum cohibuit, exhibuit periclitantibus ℥ij. *Scordii*, cum plures prius obiissent à *vermium congerie* in stomacho. Lege porro *Excell. D. Em. Königii Regn. Vegetab. quadripart. p. 1007.* Contra

Contra *lumbricos* pulvis expertus est D.

Jo. Georgii Gokelii :

℞. Myrrh. el. gxxv.

Corallin. ʒij.

Scord. gxxv.

Rad. dictamn. alb. gxxv.

Rhab. el. ʒi.

Fol. fen. f. st. ʒβ. gxxv.

Tartari ʒlat. ʒβ. M. f. pulv. doses 6.

Experimentum adversus *vermes* ex multo
etiam tempore confirmatum est à Doctore
Fridérico Fuchso Archiatro Ulmensi :

℞. Sem. fantonic. ʒiβ.

Herb. corallin. cent. min.

Abrotani foenin.

H. scordii ā. ʒβ.

Rad. tormentill.

pimpinell. ā. ʒiiβ.

C. C. usti.

Farinae lupinor. ā. ʒiiiβ.

Rhab. opt. ʒiβ. f. pulvis subtilis.

Bibat patiens jejunos ʒv. plusve per dies
quatuor ex commentatione D. *Jacobi Zæ-*
manni :

℞. H. absinth. n. mβ.

scord. tanacet. ā. mβ.

corallin. ʒij.

Rad. angelic. ʒij.

Rad.

Rad. graminis, ꝑij.

Flor. perfic. ꝑij.

Rhabarb. select. ꝑij.

Agaric. troch.

Mechoac. n. ā. ꝑβ.

Turpeth. gum. ꝑij.

Sem. anif. ꝑj.

Croc. cinam.

Galang. ā. ꝑβ.

Zedoar. ꝑj.

Tartari alb. pulv. ꝑβ. incif. contuf.

Hifce addit D. *Joannes Widemannus* unguentum, quo ſæpius umbilicus inungatur :

℞. Pulv. *ſcord.* ꝑj.

colocynth. ppt. gv.

Fellis ꝑ i. aloes hepat. ā. ꝑj.

Farin. lupin. ꝑij.

C. C. uſti, ꝑβ.

Ung. de arthanit. q. ſ. f. unguentum ordinatum fructuoſe *Georgii Zillhardti* filiolo anno 1630.

Quod ſi *ſtimulo* ſimul indigeamus, optimus pulvis erit D. *Sebaſtiani Stromayeri*, qui hic eſt,

℞. Rad. filicis.

Herb. *ſcord.*

Fol. ſennæ ā. ꝑβ. fiat pulvis ſubtilis ad lumbricos educendos.

Ego

Ego puellam *Adami Drebers civis pagi Frechenried* à *vermibus* liberavi anno 1709. die 22. Februarii seq. Bolo :

℞. *Diascord.* fracaft. ℥ij.

Gialap. refin. ℥j. M. f. cum sacch. bolus.

§. 24. *Scordium* gangranosis utilissimum est externe adhibitum solum in aqua decoctum, vel cum myrrha, fol. cent. min. absinth. & camph. affus. spirit. vini cum petiis applic. pro lavamento.

Doctor *Jo. Scultetus* senior in usu habuit decoctum scordii cum aq. plantaginis. Notabile est illius exemplum *rustici* cujusdam habentis ulcus antiquum in pede dextro, *sordidum verminosum*, ad quod quotidie utebatur decocto scord. aristol. rot. cum myrrha, & feliciter id cum aliis sanabat. Aliud *ulcus callosum* curatum infusione succi scordii & tabaci, cum successu, purgat enim & ad cicatricem perducit, id etiam facit recens *scordium* conquassatum impositum, teste nostro *Aug. Thonnero* & ob illam conglutinationem Jovi mancipatur. vid. *Schonlinus* de *Theriac.* p. 40.

Doctor *Leo Wolfbardtus* ad ulcus mali moris ad *tumorem cancrorum* præscripsit :

℞. Ung.

℞. Ung. diapomph. ʒiβ.

Boli arm. ʒβ. ʒij.

Succi *scordii* q. s. omnibus in mortario plumbeo simul mixtis, ut fiat Linimentum, quo applicato altero die vulnus rubrum factum & purulentam dedit materiam, quod optimum erat signum curationis. Hinc nonnulli ex veteribus perhibent, hanc herbam non sine putrescere carnem longo tempore. vid. Gal. libr. 1. Antid. cap. 12. hinc herbæ *Scordio ulcera* purgandi & ferruminandi inesse vim, nemo sane inficias ibit, qui ea, quæ supra ex *Dioscoride* & *Galeno* leguntur, perpenderit.

In *vulneribus recentibus* consolidandis se egregie *scordium* egisse scribit *Moses Heldius felicissimus Ulmensis* olim *Medicus*, impositione recenter quassatæ herbæ & in pulverem redactum excrescentias carniū reprimat, teste *Joanne Sculteto seniore*, in *MSto pratico*.

Cum *scordium* omne peregrinum ex sanguine expellat, hinc carnes crudas foliis *scordii* involutas teste *Dodonæo Hist. Plant. p. m. 126.* incorruptas præservat. Repertum in bello cadavera, quæ forte super *scordium* jacuissent, multo minus computruisse, qua parte *scordium* tetigissent, inde excogitatum
tam

tam putrefacientibus animalium venenis,
quam medicamentorum deleteriis *scordium*
adversari, adnotante *Casalpino* p. m. 456.

§. 25. *Scordium*, C. B. fum. terræ, lupul.
centaur. min. omnem aciditatem corrigunt,
deobstruunt & febres minuunt, ex quibus
varia ad morbos chronicos parari possunt
medicamenta. v. g. *Pilule balsamicae*:

℞. Extr. *scord.*

absinth.

flor. bellid.

chin. chin.

rhabarb. ā. ʒβ.

Aloes hepat. gxij.

Croc. austr. gvj. M. f. l. a. pill. ante
cænam singulis diebus assumendæ in febre
lenta etiam tonum ventriculi & viscerum
egregie roborant.

Dn. D. *Raphael Hailmannus* mihi omni-
bus rebus conjunctus sequentem formulam
communicavit, quæ multos jam annos in usu
est & hodie quoque manet, utilis & apta de
obstructioni splenis & hepatis ad *analogiam*
Pill. Becheri:

℞. Extr. trifol. fibrin.

è strob. pin.

scordii ā. ʒβ.

G. juni-

G. juniperi.

mastich. ā. ʒj.

guajac. ʒiʒ.

Myrrh. rubr. ʒʒ.

Aloes puriss. ʒj. M. f. cum balsamo de peru l. a. pilulæ ex ʒj. num. xv. hæ *polybrestæ* sunt in omnibus affectibus chronicis & præservative & curative valde profunt, tempore vespertino vel matutino, usum habent præstantissimum in febribus intermittentibus, affectibus hepatis, capitis & renum. & expediunt infarctum, estque laudabile viscerale medicamentum & omnibus morbis vel in ventriculo vel in vicinia natis & ex ejusdem dyscrasia dependentibus resistit & exturbat, nativumque robur & tonum in amicabili quodam consensu conservat, post enim vim alexipharmacum virtute aperiendi maxime pollet scordium.

Sic vinum *anthypochondriacum* sæpius morosis *Hypochondriacis* ordinavimus:

ʒ. Herbb. *Scordii*.

cent. min.

C. B. ā. mʒ.

Crém. tartari.

Cort. chaccarill.

Sem. anis. ā. ʒij.

Fol. sen. el. ʒvj.

Passul. m. m. ʒj. incif. cont.

F

In

In uxore *Ulrici Duslers* civis *Seiffensis melancholia hypochondriaca* maximopere unaque insultibus uterinis affecta die 22. Julii anno 1709. ordinavimus cum optimo successu purgato corpore :

℞. Herb. cuscut.

scordii ā mß.

Sem. genist.

anif. ā. ʒij.

Tartari crud. alb. ʒß.

Passul. m. m. ʒj. incif. contus.

quibus add. limat. ♂tis in petia ligat.

§. 26. Post *febres chronicas* habitum *cacheeticum* ægroto circumferente tam, quam in *hydropisi scorbutica* cum ardore viscerum internorum, urina valde rubicunda & quasi cinnabari mixta existente usus *herbæ Scordii* nostra qualicunque experientia eximius est, promovet enim circulum & corrigit cacochymiam sanguinis frigidam viscosam & per lenem diaphoresin ac diuresin excludit, teste ipso *Galeno dicente* ; *Scordium* expurgare & exalfacere viscera.

In *cachexia* cum *asthmate Scordium* nostrum præ ceteris proficuum erit, cum marub. & veronica maritatum, intermixtis etiam martialibus & stomachicis. Facilis enim

enim ab hac, via paratur ad *anasarcam*; id quod anno 1694. medio Majo in duobus viris accidit, qui vino *Scordiano & Electuario diascord.* Fr. ab imminente *anasarca* convaluere.

Solo *Scordii* pulveris in cibo & potu usu continuo *Hans Kropp* notus mendicus oriundus ex pago *Bühl* desperate laborans *anasarca* feliciter evasit, testis est Rev. Dn. *Parochus Bellenbergensis Joannes Pfisterus.*

Diureticas vires D. Ant. Ruberus Scordio adsignat & *D. Jo. Henisus, Com. Pal. Cæs. diureticis* admiscetur. Sic *D. Jo. Scultetus Junior* uxori Textoris nostratis *Jo. Georgii Wallen* *suppressione urinae* laboranti exhibuit *Misturam* :

℞. Ois tartari ꝑj.

Aq. *scordii* ꝑxvj. M. & cola per chartam bibulam & tinge cum cort. aurant. per vices bibendam cochleatim & blande movit sudorem & urinam, hinc fluit decantata *scordii* vis aperiens, diuretica & diaphoretica, Anno 1653. die 4. Aprilis.

Eodem modo in *Podagra* ichores absomit, ejusque dolores aufert, articulos simul roborando, uti supra innuimus, verum *vitrum cum vulpecula lambimus, pultem vix attingimus* : mitigare possumus dolores, ast

ægre omni ex parte liberetur æger, dubito,
præsertim inveterata podagra.

Novi *hominem Italum*, qui omne metal-
lum in *purum aurum* convertere posse de se
gloriabatur. Cum vero post quoddam tem-
pus eum visitare *podagra* laborantem, dixi,
credo te tuam artem *chrysopeam* non recte
didicisse, quoniam hoc *morbo laboras*, hinc
me ab illo tempore non amplius in illius
consuetudinem dedi.

§. 27. Inter simplicia menses mo-
ventia *Scordium* refertur à *Barth. Zorn. Herb. Portat.* Si itaque menses, ob sanguinis, quod plerumque fieri solet, crassitiem, vel pituitosorum humorum abundantiam supprimantur, ab omnibus fere Autoribus scordium adhibetur, purgat enim uterum impurum, inquit *D. Ant. Boxbarterus. Succus & aqua Scordii* sæpius hausta obstructioni mensium subveniunt. Vapor decocti per muliebria admissus menstrua promovet. Menses movet mulieribus sequens decoctum à *D. Jacobo Zeamanno* ordinatum:

℞. Herb. scord. mß.

puleg.

calaminth. ā. pj.

Bacc. laur. ʒiß.

Croc.

Croc. or. ʒß.

Galang. ʒj.

Macis ʒß.

Fol. fen. ʒß.

Rhab. el. ʒiß.

Incif. contuf. affund. vinum.

Istiusmodi facculi optime heic commendandi sunt, qui sanguinem resolvunt, aperiunt & blande educunt. Reprobantur hinc *aquæ hysterica*, imprimis *aromaticæ* ab *Obstetricibus magni putantes*, die hitzige Mutter-Wasser / quæ sæpenumero pauca sunt utilitati & nullius frugis. Ego vero plures æstimo *decoctionem herbæ scordii, roris marini, melisse, &c.* uti *Thee* bibendam.

Georgii Fincken civis loci Württembergici *Laichingen* uxor annorum circiter 34. sæpius *doloribus ventris* laborabat, ope vero cujusdam *Mulierculæ* laudis avidæ, *aquis* suis *uterinis* multos dilapidabat nummos, forte me conveniebat, consideratis autem considerandis dixi, dependere ab instantium mensium tempore, hinc istiusmodi aquas hystericas esse supervacaneas, *decoctum* suasi *herbæ scordii*, bibit illo tempore & profusibat res.

Adamus Allgoyer civis loci *Mittelbrach* annorum 54. sæpius *dolores ventris*

F 3

patie.

patiebatur acutissimos. Eo tempore *Barbitionsores* nonnullos frustra consuluit & quotannis, vere & autumnis, ipsi non pauca in eo tentarunt remedia, nec sine sanitatis jactura, me, autem convenienti dixi, hos dolores omnem superare colicam & dependere à *scorbuto*, hinc ordinavi illi:

℞. Elect. bacc. laur.

laxat. bened.

℞i lini ā ʒj.

Decoct. herb. *scord.* ʒxj.

Vitell. unius ovi.

℞i depurat. ʒj. M. f. l. a. Enema.

Et hoc facillimo sanitati restitutus fuit.

§. 28. Passim apud Auctores medicos *Scordium* ejusque medicamenta commendari videmus, tum *præservative*, quam *curative*.

Sic tempore *dysenteriae* anno 1635. *Georgio Riedlin* panni tonfori & domesticis præmissis præmittendis pulverem sequentem se præscripsisse testatur D. *Jo. Sebastianus Blossius*:

℞. Troch. de terra sigill.

carab.

Pulv. herb. *scordii* a ʒiʒ. M. f. pulv. subtilis. dosis adulto cuspidis cultelli iij. mane & vesperi.

Dy-

Dysenterias infantum sedat *aqua stivā-
titia scordii* cum pulvere *corallorum* parata
inquit *Joannes Pfauzius, Med. Doctor*, impri-
mis pulvis *scordii* aridus dysenteriam curat.
Sed capessam usum *Scordii* in

§. 29. *Pectoris affectibus*, in quibus
pulvis aridus materiam purulentam expur-
gat. La polvere della secca incorporata a
modo di lettuario, gioua alla *tossa vecchia*,
inquit *Cast. Durantes Herb.* pag. 420. Non
minorem utilitatem præstabit sirubus *Scordii*
more pharmaceutico præparatus; dulcia
enim amica pectori.

In *asthmaticis morbis pituitosis* succus ex
herba *Scordio* & potus expressus læsæ respi-
rationi conveniunt & singularem possidet
laudem in *asthmate*, quam illi quoque attri-
buit *D. Sebastianus Stromayerus* in annotatio-
nibus ad *Dispens. August.* MSS.

Sic etiam *Scordium* cum *nasturtio* sum-
tum facit ad veterem *tussim*: egregiam præ-
stat operam, inquit *D. Joannes Kellerus dictus
Berndin*, si farina *scordii* cum spermate ceti
& melle misceatur in forma *Eglegmatis*, præ-
sertim si exulceratum est pectus & purulen-
ta excreantur.

Idem Doctor Kellerus ad *asthma* invete-
ratum compescendum interne tale compo-

situm ordinavit Prætori Domino *Jacobo Wiskio* anno 1571.

℞. Loch. fani & experti.

de scylla ā. ʒβ.

fir. hyssop.

scord. ā. ʒj.

Aq. cinam. ʒiij.

Decoct. herb. scord. ʒij.

Sacch. cand. ʒβ. M.

Observavit *tussim inveteratam* in M. *Jacobo Honoldo*, Pastore pagi *Merklingen* D. *Ant. Boxbarterus*, quam præmissis aliis sequenti restitutum refert anno 1638. mense Martio.

℞. Styrac. calam. ʒj.

Ladan. puriss. ʒj.

Benz. el. gxxv. f. cum fir. de *Scordio*

Pill. num. 50. de quibus dentur 5. post cænam 2. hor. & miraculo quasi convaluit.

Laterum dolores ab obstructione & frigore natos curat scordium potum cum liquoritia, inquit *Doctor Moses Heldius*, in *Praxi MSS. ex Cast. Durant.* dicente: & sana i dolori del *costato*, che sono causati da *freddo*, overo da *oppillatione*.

Diascordium ituris cubitum ad *catarrhos* sistendos cum fructu exhibetur. Facit etiam ad *rupta* & *convulsa* cum *melle*, *nasurtio* & *resina* in *eclegmate* arida commixta.

Externe

Externe *Scordium* in petia ligatum collo
appenditur *infantibus* contra *febrem hecticam*
& *fascinationem*.

Impiastrato verde, sana le *ferite*, quan-
tunque grandi esse si sieno : & secco mon-
difica & consolida l'*ulcere putride* & *contu-*
maci & incorporato con cera, mitiga i *pre-*
cordii che sono di lungo tempo infiammati.
Impiastrasi convenientemente in sule *pod-*
gre con aceto forte, overo con aqua rosa.

Applicata l'herba alla *natura delle Don-*
ne, provoca i *menstrui*; faldà le *ferite*,
mondifica l'*ulcere vecchie* & meschiata con
melle, le consolida. La secca leva via tut-
tele *crescenze della carne*. vid. porro C. *Du-*
rant p. 420.

§. 30. Plura qui de *Scordio* desiderat,
animumque relaxare cupiens evolvat *Excel-*
lentissimi ac *Celeberrimi Curiosorum Avicennæ*
curiosam & doctissimam *Regni vegetabilis*
descriptionem quadripartitam p. 1006. alios-
que in hac opella citatos Autores. Lineæ
hæ, quas vides, *Lector Benivole*, sunt primæ
cogitationes *Beati Auctoris* supra nominati,
viri exasciati ingenii, laboris impatiens Opus
& nondum expeditum & si ultimam admo-
visset manum, multa impensius & accura-
tius

tius lucem vidisse, nemo dubitabit; non enim is sum, ut mihi mea tantum adrideant, sed Ars nostra à majoribus inventa indies augeatur & terminetur. *Mea* omnium cunctatione adjecta *boni consulas*, ut etiam *popularium meorum* de *scordio* mentem scias, qui conatus ut dexterrime accipiatur exopto; Si DEUS vitam largiatur, placet *hanc Opelam* de hac nobili *herba* & Praxi & MSS. augere. Nunc DEUM, qui omnia per omnia gubernat, ex intimo sensu veneremur &

*Divitiae summi cum sint haec cuncta Tonantis,
Vera DEO soli gloria, verus honos.*

FINIS.



56 5373

ULB Halle


004 729 471

3



n.c.





THAPPUAH
JERUSCHALMI
SEU
MOMORDICÆ
DESCRIPTIO

MEDICO - CHIRURGICO-
PHARMACEUTICA,

vel

Ejus Præparatio & usus in plerisque
corporis humani incommodis.

*Huic accessit Schediasma Posthu-
mum de Scordio vero*

JO. JACOBI KLEINKNECHTI, M. D.

Per

JOANNEM FRANCCUM,

Crato de Kräfftheim Conf. Med. lib. 2.

Conf. 29. p. m. 219.

*Medicina experta cum ratione exhibitâ plus valet iis, quæ
interdum subito à Doctissimo etiam Medico magna ra-
tione adhibita excogitantur; atque hac in parte ra-
tionales etiam Medici empiricis cedere debent ex sen-
tentia Hippocratis.*

ULMÆ,

Apud DANIELEM BARTHOLOMÆI,

ANNO M DCC XX.